DE SEDE ET CAVSSIS VESANIAE

DISSERTATIO MEDICO-PSYCHOLOGICA

AVCTORE

FRANCISCO FRANCKE

ILEBVRGENSI

MEDICINAE BACCALAVREO.

Vid. Hufeland und Osann's Biblioth. d. pr. Heilkunde. 1821. 8ᵗᵉˢ Stück.
Monat August. pag. 130.
– K. G. Neumann die Krankheiten der Vorstellung [illegible] systematisch bearbeitet. Leipzig. 1822. pag.

DE

SEDE ET CAVSSIS VESANIAE

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICO - PSYCHOLOGICA

QVAM

IN ACADEMIA LIPSIENSI

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO SVMMIS

IN MEDICINA ET CHIRVRGIA HONORIBVS

RITE CAPESSENDIS

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONCESSV

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XVIII. MENS. MAII A. MDCCCXXI

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

FRANCISCVS FRANCKE

ILEBVRGENSIS

MEDICINAE BACCALAVREVS.

LIPSIAE

IMPRESSIT IOACH. BERNH. HIRSCHFELD.

VIRO

ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO DOCTISSIMO

FRIDERICO LVDOVICO KREYSIG

PHILOS. MEDIC. ET CHIRVRG. DOCT.

POTENTISSIMI REGIS SAXONIAE CONSILIARIO AVLICO ET ARCHIATRO, ORDINIS SAXONVM VIRTVTIS CIVICAE EQVITI, IN ACADEMIA REGIA CHIRVRGICO-MEDICA DRESDENSI PROFESSORI THERAPIAE ET DIRECTORI INSTITVTI CLINICI INTERNI, ETC. ETC.

AVVNCVLO OPTIMO

AD CINERES VSQVE SVMMA PIETATE COLENDO.

VIR ILLVSTRIS ATQVE EXPERIENTISSIME
AVVNCVLE DILECTISSIME.

Animo mecum reputanti, cui potissimum hunc libellum dedicarem, et cujus nomen ipsi inscriberem, nullo modo haesitandum fuit, cum postulet ipsa vitae, quam hucusque peregi, ratio, et jubeat amor et favor vere paternus, quem Tv, Avvncvle Amantissime, continuo in me contulisti, ut, quanta in me sit Tvi veneratio, quantae grates meum teneant animum publice profitear. Tibi principium et hunc terminum studiorum, quid? quod me totum Tvae egregiae benevolentiae debeo. Post obitum enim beati patris mei, praematura morte erepti, maxima cum benignitate in domum Tvam me excepisti, omnem et amorem paternum et curam educationis hereditatis quasi lege in Te suscepisti, meque inde ab illo tempore tot et tantis prosecutus es beneficiis et amoris documentis, ut, quin filius a patre pari amore ornari unquam possit, dubitem, neque umquam Tibi grates sat dignas dicere valeam.

Accipias hunc qualemcunque pii gratique animi interpretem benignis manibus et serena fronte, et certo TIBI persuadeas, me nullam gratum TIBI testandi animum occasionem fore praetermissurum. Plura non addam, praeter votum, ut Deus O. M. in provectissimam usque aetatem servet et sospitet TVAM salutem. Memet in posterum quoque, quo hucusque ornasti, amore TVO paterno foveas, et persuasum TIBI habeas, me summa cum pietate semper futurum esse

ILLVSTRIS NOMINIS TVI

cultorem
gratissimum pariter atque obedientissimum
FRANCISCVM FRANCKE.

oi, qui dans ta folie prends arrogament le titre de Roi de la nature; toi, i mesures et la terre et les cieux; toi, pour qui ta vanité s'imagine, que tout a été fait, parce que tu es intelligent, il ne faut, qu'un léger acci= dent, qu'une atome déplacée pour te dégrader, pour te ravir cette in= lligence, dont tu parais si fier!

Ignoratur enim, quae sit natura animae,
Nata est, an contra, nascentibus insinuetur
Et simul intereat nobiscum morte dirempta,
An tenebras Orci visat, vastasque lacunas. Lucretius

[s]ubjectum sanitatis non modo est corpus, sed et in corpore residens mens, quia [c]orporis sanitate destructa ob mutuum commercium et vinculum mens quoque [i]n operationibus suis impeditur ac turbatur. Tametsi mens et anima per se non [a]egrotat, nihilominus tamen fit, ut corpore male affecto sanguinisque temperie [m]ale se habente, illorum operationes quoque laedantur. Vid: Hofmann de scient: [sa]nit: et vit: tuendi. cap. 1.

\#. Vid. J.N. Thomann Annal. Instit. Medic. clinici Wirceburgens. Vol. I. Wirceb. 1799. XXI. "Catenis onusti et alligati codicibus, speluncis omni luce orbatis inclusi jacebant miseri in terra stramine tecta. itaque non raro verberibus, esurie, frigore cruciabantur, ut eorum ejulatus animos praetereuntium commoveret, et qui dementes nondum fuerant, hac tractandi methodo amentes fieri debuerint."

INTRODUCTIO.

Considerantibus nobis, quantum profecerint hucusque singulae medicae artis disciplinae, doctrinam de *mentis alienatione* neutiquam ita jam esse excultam, uti pleraeque ceterae ejus partes, tamquam veritati consentaneum statuendum est. Jam inde ab antiquissimis temporibus quidem exstiterunt viri, qui studio hujus morborum generis operam impenderent, interim tamen, historia docente, numerus eorum parvus, atque id, quod praestiterunt, haud tanti fuit momenti, ut tenebrae, quae obversabantur huic doctrinae, dispellerentur; cujus quidem rei causa non tam in eo, quod incertum fuerit, num medici, annon potius theologi hoc caput tractandum sibi vindicarent, uti quibusdam visum est [1]), quam potius in rei ipsius natura quaerenda mihi videtur. Vix enim ulla inveniri potest disquisitio, quae tanta difficultatum, et quidem spinosarum, prematur copia, quam haec, quae de animo humano agit, cujus natura tam reconditae esse videtur indolis, ut vix sperare possimus, fore, ut unquam eam in clara luce positam perspiciamus.

Negari quidem non potest, recentioribus praeprimis temporibus doctrinam nostram vere magnos fecisse progressus, et, quod in magna nostrorum temporum laude ponendum est, id maxime esse effectum, ut sors miserorum, qui sanae mentis jacturam fecerint, antehac tristissima, multo melior reddita fuerit [2]); nihilo secius tamen scripta auctorum perscrutantes, eorum placita nonnunquam toto coelo inter se distare invenimus, ut, quantis adhuc laboret vitiis, multorum exemplorum auctoritate com-

---

1) Langermann de methodo cognoscendi curandique animi morbos stabilienda. Jenae, 1787. p. 11.

2) Ante omnes de sorte vesanorum Pinelius egregie meritus est. Ex quo tempore enim scripta sua evulgavit, et ipse curam ejusmodi aegrotorum in se suscepit, non apud Gallos solum, sed apud nos quoque barbara illa methodus, qua vesani animalium ferocium instar catenis atque verberibus coercebantur, in universum humanioribus eosdem tractandi principiis cedere incepit.

comprobari possit; qua de re nemo dubitabit, qui vel uni alterive hospitio vesanorum pedem intulerit, in quibus medici methodis medendi maxime inter se discrepantibus utuntur, et numerus eorum, qui sanitati redduntur, ne in optimis quidem tantus invenitur, quantus exoptandus esset. Meliores forsitan fructus exspectare licebit ex doctorum virorum conjuncta opera, eo directa, ut penitior horum morborum natura in clariore luce ponatur. Quemadmodum enim in quolibet morbo medico id primum tenendum est, ut *formam* non solum, sed *sedem* quoque ac *naturam* mali, sive, ut non solum aegritudinem et passionem, sed *morbum ipsum*, i. e. internas, e quibus coalescit conditiones, et diversam earundem dignitatem cognoscat, ita in mentis alienatione etiam non alia calcanda est via; sed tantum abest, ut hoc fiat, ut adhuc sub judice lis sit, num vesania *animo*, an *corpori* sit tribuenda.

Veteres quidem *Graeci* et *Romani* hoc morborum genus a corpore solo repetierunt ita, ut modo atram bilem, modo acres calidosque aut nigros faeculentosque humores, modo singularem quandam cerebri intemperiem, vel simile quid accusarent, uti ex Hippocratis, Galeni aliorumque operibus apparet. Cum vero sub barbaro medii aevi jugo, cum literis in universum physica scientia quoque negligeretur, omnesque de vesania accuratiores disquisitiones abruptae essent, singulorum virorum, sacerdotum imprimis et monachorum, superstitione factum est, ut hos morbos ex diaboli, aut daemonum adflatu ortum ducere quisque sibi persuasum haberet; quae opinio jam antiquissimis temporibus apud Hebraeos nata, denuo tam firmas egit radices, ut per tredecim fere secula vix unus existeret, qui horum commentorum inanitatem ostendere auderet 3). Seculo decimo sexto demum et decimo septimo, quum laetior literis affulsisset lux, etiam haec nostra doctrina rursus e tenebris in lucem prolata et exculta est, et quam magni fructus inde ab hoc tempore e disquisitionibus novis in ipsam redundarint, id nomina celeberrimorum philosophorum aeque ac medicorum testantur, qui studium in iis dilucidandis collocarunt. Inter illos enim Baconem Verulamium, Carte-

---

3) Mich. Psellus. Dialogus de energia, seu operatione Daemonum. Paris, 1557. Semmler, *von den Daemonen u. daemonischen Leuten.* 1762.

\#. πάθος, πάθημα, i.q. aegritudo. νόσος i.q. morbus: d.h. Leiden, Befinden über-haupt im Gegensatz zu Krankheit; oder Form der Krankheit in Gegensatz des Wesens derselben.

\## Μιχαήλου τοῦ Ψελλοῦ περὶ ἐνεργείας δαιμόνων διάλογος. Gilbert: Gaulminus primum grae[…] [..]dit. Lut. Paris. 1615. "Daemones autem aërei et terrestres arte versutiaque mentes hominum subeunt […] [..]unt atque ad absurdos quosvis affectus et ex leges impellunt." pag. 47. "Ipsi daemones nobiscum clam confl[…] [..]tur, ita, ut ne sentiamus quidem undenam bellum nobis ingruat. Daemones assumta Orci galea hominum [..]mas miro artificio miraque versutia conturbant." p. 56. "Alia nobis medici suadere conantur, dum hujus[…] [..]tus non a daemonibus procedere dicunt, sed potius ab humoribus, spiritubus male affectis etc: non autem [..]dis seu incantationibus et expiationibus eos curare nituntur, sed pharmacis etc: - Enthusiasmos autem [..]d quid movet et agitat, qui futurorum nonnihil interdum praedicunt, qua quaeso ratione hoc loco mo[..] [..]teria vitiatos appellaverimus - etc: etc:

=†† Beausobrius, qui omnem vesaniae caussam in perversa imaginatione quaesivit, haec dicit." Chercher la raison des ces idées extravagantes dans le derangement des organes, ce serait accumuler les difficultés; il ne serait plus possible d'expliquer apres cela, comment les bons intervalles viennent s'entremêler aux acces de folie, puisqu'il n'est possible que les organes passent tour a tour d'un état extraordinaire a un etat ordinaire. Il est plus simple d'attribuer la cause de ces phenomenes a la vivacité des images." Vid. Memoires de l'acad. d. sc. d. Berl. 1759. p. 397. La folie est toujours une alteration de quelques sensations causée par l'imagination, c'est a dire un etat ou l'imagination altere la representation de notre etat present. Vid. ibid. p. 404. L'exercise des facultés de l'ame suppose donc le ministere du corps, et il est naturel de croire, qu'un corps autrement organisé, que la notre, quoique lié a une ame de la meme nature, que la notre, produirait cependant un homme bien different de ceux, que nous appellons ainsi."

#. William Saunders Hallaran. (Practical Observations on the Causes and Cure of Insanity. Cork 1818.) contra Spurtzheimium monuit, animum ipsum morbo corripi posse. (Vid. Edit. secund. pag. 16 seqq.) Discrimen statuit inter Maniam mentalem et corporalem. In universum tamen et ipse non tam # de proxima, quam potius de remotis vesaniae caussis loquutus est. Spurtzheimium gravissimis adgressus est argumentis, nihilo minus tamen eum prorsus refutare haud potuit, neque Disputatio ejus, ceteroquin elegantissima et excellentissima, ejusmodi est, ut quis ab ea in contrariam sententiam duci posset. Omnes actiones mentales ab animo ipso solo pendere censet, quod vero neutiquam esse, sed ab anima cum corpore conjuncto pendere experientia non minus, quam disquisitio philosophica demonstrat.

Vid. dessen Uebersetzung von Georget's Werk sur la folie nebst einem Anhang.

sium, Lockeum, Leibnitium, Gassendium, inter hos vero Helmontum 4), Pr. Alpinum, Willisium, Morgagnium, Mooreum, Wepferum commemorare sufficiat.

Quod vero attinet ad litem *de sede vesaniae*, eam quidem, etsi fere cujuscunque seculi et sectae viri in ejus indagatione insudarunt, tamen neutiquam compositam, quid? quod acriorem jam esse videmus, quam ullo tempore fuit.

Longum foret, omnes eos commemorare, qui ab utraque parte steterunt, quare eorum tantum mentionem facio, qui recentioribus temporibus sententiam suam argumentis fortioribus stabilientes, ceteris palmam praeripuisse videntur. Inter illos itaque, qui mentis alienationem ab animo ipso pendere dicunt, Beausoberium 5), Harperum 6), Langermannum 7), Erhardtum 8), et prae ceteris Heinrothum 9) nomino, inter eos contra, qui contrarium ostendere conati sunt, quorum numerus illos longe superat, Arnoldus 10), Chiaruggi 11), Crichton 12), Pinel 13), Reil 14),

---

4) Memoratu digna sunt verba Helmonti haec: „Extra controversiam reor, morbos universum omnes adoriri immediate animam caducam, ac mortalem. Vid. Ort. med. Anima sensitiva. 2.

5) De Beausobre, Reflexions sur la nature et les causes de la folie; cinq memoires. Vid. Memoires d. l'Acad. roy. d. scienc. de Berlin. an. 1759. et 1760. Ce n'est donc alors, que dans l'ame même, qu'il faut chercher la raison de la folie.

6) Harper *Abhandl. über die wahre Ursache u. Heilung d. Wahnsinns; a. d. Engl. von* G. Cp. W. Conspruch. *Marburg*, 1798.

7) J. G. Langermann lib. cit. p. 41. seqq.

8) Erhardt, *Versuch über die Narrheit u. ihre ersten Anfänge; in d. Beiträgen zur philos. Anthropologie v.* Wagner. *Wien*, 1794. *Bd. I. p.* 100. — *Ueber die Melancholie.* ibid. II. p. 1. — *Ueber die Sinnlosigkeit u. Raserei; in Hufeland's Journal d. pract. A. k. Bd. XIV.* H. 2. p. 64.

9) F. C. A. Heinroth *Lehrbuch der Störungen des Seelenlebens. Leipzig*, 1818. — *Kritische Uebersicht der Theorie u. Praxis der psych. Medic. in d. neuesten Zeit.* vid. *Neuestes Journal d. Erfind. Theor. u. Widerspr. in d. Medic. Bd. I. p.* 163. 294. 380. *Bd. II. p.* 76. 136. — De morbis animi et pathematum animi differentia; Dissert. Lips. 1811.

10) Th. Arnold *Betrachtungen über d. Natur, Arten u. Ursachen d. Wahnsinns; a. d. Engl.* (1782) *von Ackermann. Leipz.* 1784.

11) Vinc. Chiaruggi *Abhandl. über d. Wahnsinn nebst einer Centurie von Beobachtungen; a. d. Ital.* (1793) *Leipz.* 1795. 3 *Thle.*

12) A. Crichton, *Untersuchungen über d. Natur u. Ursprung d. Geisteszerrüttung; a. d. Engl.* (1798) *mit Zusätzen von* Hofbauer. *2te Aufl. Leipz.* 1810.

13) Ph. Pinel, *philos. medic. Abhandl. über Geistesverwirrungen oder Manie; a. d. Franz. von* M. Wagner. *Wien*, 1801.

14) Reil, *Erkenntniss u. Cur der Fieber. Bd. IV. p.* 253 — 524 — Functiones organo animae

HAINDORF [15]), SPURTZHEIM [16]), NASSE [17]), HARTMANN [18]), WEISS [19]), et GEORGET [20]) excellere mihi videntur.

Jam vero, cum mihi hoc tractandum sumserim, ut pro viribus in sedem et naturam horum morborum inquiram, obsoletam illam et jam seculo decimo sexto a WYERO [21]) extinctam doctrinam de diabolicis obsessionibus praetereo, et id mihi tantum investigandum censeo, num illi in *animo ipso*, annon potius *in corpore* sedem suam habeant. Dispescenda autem mihi videtur haec disputatio in duas sectiones, in quarum prima vesaniam in animo non quaerendam esse, demonstrare elaborabo; in altera autem de corpore, ut sede vesaniae, sermo erit.

Antequam vero progredior, non possum non, Vos, Lectores benevoli, ex animo rogare, ut juvenis in re tam ardua atque obscura explicanda versantis temerarium forsitan ausum benevole excipiatis, ejusque errores et minus concinnam vel claram expositionem argumenti difficultati aeque ac gravitati condonetis.

---

peculiares (Dissert. Def. Buettner) Hal. 1794. — *Rhapsodien über Anwendung d. psychischen Curmethode auf Geisteszerrüttungen. Hal.* 1803.

15) A. HAINDORF, *Versuch einer Pathologie u. Therapie der Geistes- und Gemüthskrankheiten. Heidelberg*, 1811.

16) J. G. SPURTZHEIM, *Beobachtungen über d. Wahnsinn und die damit verwandten Gemüthskrankheiten. Nach d. Engl. u. Franz. bearbeitet v.* EMEDEN. *Hamb.* 1818.

17) NASSE, *Ueber Abhängigkeit oder Unabhängigkeit des Irreseyns von vorausgegangenen kranken Körperzuständen.* Vid. *Journal f. psych. Aerzte. I. p.* 128. *u.* 409. — *Vereintseyn von Seele u. Leib oder Einsseyn.* Ibid. *Bd. III Hft.* 1. *p.* 6. 1818. *u.* 1820.

18) HARTMANN, *Der Geist des Menschen in seinen Verhältnissen zum physischen Leben, oder Grundzüge zu einer Physiologie des Denkens. Wien*, 1820.

19) CH. WEISS. *Ueber d. Wesen u. Wirken d. menschlichen Seele. Leipzig*, 1811. — *Ueber Verbindung zwischen Seele u. Körper.* Vid. *Journal f. psych. Aerzte. Bd. II.* 1819. *p.* 1. *u.* 509.

20) GEORGET, de la Folie. Paris, 1820. übersetzt mit Beylagen von Heinroth. Leipz. 1821.

21) WYERUS, de praestigiis daemonum. ~~1563.~~ et incantationibus ac veneficiis Basil. 1564.

Mr. Hill observes that "Insanity is never a purely mental disease" and "that Insanity is always a symptomatic disease".

#. Esquirol. Diction. des sciences medicales. Tom. XVI. Artic. Folie. Delire, Manie

J. M. Leupoldt. Wie verhalten sich [illegible] – [illegible] und Sünde zu einander? Vid. Nasse's Journal f. ps. A.

W. Lawrence. Lectures on physiology and Zoology. Lond. 1819. p. 112.

F. E. Beneke, Ueber d. Verhältniss v. Seele u. Leib. in Nasse's Journal f. ps. A. [illegible]

J. Hillebrand, die Anthropologie als Wissenschaft. 3 Thle. Mainz. 21.–23.

[illegible]

##. On the diseased manifestations of the mind. Sect. III. p. 96. I reject a mere mental Insanity, and consider the cause of every derangement of the manifestations of the mind as belonging to organic parts. – I have no Idea of any disease or of any derangement of an immaterial being itself, such as the soul is. The soul cannot fall sick, any more, than it can die.

⊘. Vid. [illegible] in der Leipziger Literat. Zeit: 1824 d. 5ten July figg: No. 164 – 167. über die Werke v. Hartmann, Nasse, Lenhossek u. Kieser's System des Tellurismus [illegible] 1r Band 1822 – 2r Band 1822. ([illegible])

Daß die Seele an sich nicht erkranken könne, u. folglich auch jedesmal die nächste Ursache des psych. Irreseyns im Körper zu suchen sey, läßt sich auf verschiedenen Wegen beweisen. a.) durch metaphysische Beweisgründe aus der Natur der Seele, als immateriellen Wesens, welches mit Freiheit, Vernunft u. Selbstbewußtseyn begabt ist. b. durch theologische Beweisgründe, die besonders auf [illegible] d. Selbstbewußtseyn u. die Verwandtschaft unseres Geistes mit d. göttlichen Wesen selbst gegründet sind. c. durch medizinische Beweisgründe auf dem Wege der Erfahrung, die da lehrt, daß alle geistigen Zustände des Menschen zunächst durch den Körper bedingt werden, wie jede Seelenfunktion auf einen körperlichen Actum parallel läuft, sich alle Seelenthätigkeiten durch Zusammenwirken d. Körpers u. d. Geistes nur erst möglich werden. – Philosophie, Moral u. Erfahrung also sind die 3 Stützen, auf welche sich d. Lehre v. d. Unverletzbarkeit des menschlichen Geistes stützt.

Nihil aliud hi sub nomine animi comprehendere possunt, quam actiones mentales, quae e corpore ortum suum ducunt, neque aliud quid sunt quam symptomata, quae quolibet temporis momento evanescunt et oriuntur. Animum nihil aliud nominarent, quam seriem operationum animalium sive effectus, (Erscheinung) qui a corpore oriuntur et statim desinunt ubi corporis actio desinere[t].

**. Wie diess z. B. aus Hohnbaum's Abhandlung „Ueber d. Glauben an Unsterblichkeit, in Nasse's Journal. 1821. p. 1." hervorzugehen scheint, der gerade zu Seele u. Lebenskraft als eins betrachtet, u. sie nun v. d. Materie als ungetrennbar denkt, aber doch auch zugiebt, daß diese Lebenskraft in d. verschiedenen Individuen auch verschieden [illegible] d. einzelnen körperlichen Organe vertheilt sey, u. sie bei dem einen d. Herz, oder d. Unterleibsorgane, bei einem andern mehr als [illegible] besitze u. darnach sich d. Eigenschaften d. einzelnen bedingen).

SECTIO I.

De sede vesaniae in animo non quaerenda.

Fuerunt, et inter nostrates sunt, qui natura animi ipsius ad quaestionem vocata, vel omnino quidem animum negantes, — vel ipsum a corpore productum censentes, — vel corpus animumque reapse unum idemque esse existimantes, — vel denique, corpus ab animo productum esse sibi persuadentes, vulgarem de eo doctrinam, quae toto coelo a corpore differentem et per se consistentem eum appellat, vanum phantasma declararent. Quae quidem sententiae ad Metaphysicen potius pertinent, neque rem, quam tractaturi sumus, proxime spectant. Ne tamen quis putet, futilem fore nostrum laborem, nisi haec theoremata de natura animi inquiramus, saltem indicandum est, qui fiat, ut negligere illa possimus.

Qui negant animum, de eo, in quo cardo quaestionum nostrarum versabitur, disputare non possunt; consentiunt enim in eo, omnes morbos, quotquot eorum sint, ad corpus tantum pertinere. Qui discedunt in sententiam ab ea, quam modo attigimus, haud ita longe discrepantem, animum, etsi a corpore diversum, tamen ab ipso procreatum esse, ii vix ac ne vix quidem de morbis animi sermonem instituere possunt. Involvit enim eorum sententia aliam, nempe, animum non ens esse per se consistens, sed a corpore ortum, ab eodem ali et conservari, unde apparet, omnes, quibus animus obnoxius esset, mutationes, non nisi a corpore produci.* Qui animum et corpus unum idemque esse existimant, ii nullum inter utrumque discrimen statuentes, omnem dissensionem a se removent, quemlibet morbum ex uno eodemque fonte manare pronuntiantes.** Quod denique attinet ad eorum sententiam, qui corpus ab animo procreatum esse nobis persuadere volunt, ii vix aliud quid dicunt, quam quod Stahliani statuerunt, animum corpus suum organicum *con-*

struere arbitrantes. Si enim materiam ipsam ab animo creatam esse contenderent, vere absurdi aliquid edisservent. Coguntur itaque, differentiam statuere inter corpus et animum, ideoque in inquirenda vesaniae sede iis ab eodem loco cum nobis egrediendum est, a *duplici* nimirum hominis natura, in *corpus* et *animum* discedente [22]).

Ut vero justus in disquisitione servetur ordo, omnia et singula in quatuor sectiones dividenda censeo. Ostendendum enim primum est, quid in genere statuendum sit *de natura animi*, deinde in quo consistat *sanitas animi*, tum, quid sit in universum *alienatio mentis*, denique, quid ex his concludi debeat de ejus *sede* et *natura.*

A. *Quid statuendum sit de natura animi humani.*

Desudarunt inde ab antiquissimis temporibus cujuscunque seculi philosophi in inquirenda recondita animi natura, sed omnes eorum disquisitiones, quotquot fuere, et omnes theoriae speciose excogitatae, magni quidem ab altera parte momenti, ad id, quod illustrandum erat, nil magni profecerunt. Demonstrarunt enim potius, quid animus non sit; quid sit, quoad substantiam sive essentiam, nemo hucusque demonstravit; quare non injusta videtur veterum de animo querela, quod omnia fere intelligat, praeter se ipsum [23]).

Si quid scire licet de animo, hoc non nisi in eo consistere poterit, quod ex fida observatione operationum ejus, sive functionum organismi humani, quas mentis vocamus (*Seelenfunctionen*), casti ratiocinii ope deducere nobis concessum est.

22) Vid. SCHMID *Physiologie philosophisch bearbeitet. III.* 20. *Auf dem empirischen natürlichen Standpunkte ist dieser Dualismus, d. h. die Behauptung von dem Daseyn zweier verschiedener Naturen in der Welt, der geistigen und der materiellen, und eben so vieler wesentlicher verschiedener Theile des Thiers, zunächst des Menschen, einer Seele und eines Leibes, unvermeidlich.* — NASSE *Ueber Vereintseyn von Seele u. Leib etc. in Journ. f. ps. A. III.* 6.

23) SENECA, Quaest. natur. VII. c. 24. Multa sunt, quae esse concedimus, qualia sint, ignoramus. Habere nos animum, cujus imperio et impellimur et revocamur, omnes fatebuntur; quid tandem sit ille rector dominusque nostri, non magis tibi quisquam expediet, quam ubi sit. Alius illum dicet esse spiritum, alius concentum quendam, alius vim divinam et Dei partem, alius tenuissimum aërem, alius incorporalem potentiam. Non deerit, qui sanguinem dicat, qui calorem. Adeo animo non potest liquere de ceteris rebus, ut adhuc ipse se quaerat.

##. Qualiscunque sit animi natura, non opus est, ut implicemus nos contr
rsiis et argutiis metaphysicis, considerandus potius est homo, qualis revera obse
tioni datus est, constans e corpore et animo, quorum cuicunque, quae iis con
stunt, tribuendae sunt vires ac functiones. Animus et corpus conjuncti hominem
iciunt, neque sejuncti sunt revera ita, uti cogitando sejungere solemus, uterque u
ficit, alter ab altero pendet, neque unione sublata alter eorum per se ita consiste
oterit, uti in homine subsistere eos videmus.
Facultates primariae, quas homo ex his duabus partibus constans perficit ratione,
ogitando ac judicando, sensu i.e. voluptatis ac doloris perceptione et voluntate, i
ppetendo ac aversando conspiciuntur, in quo omnes consentiunt, qui de animo, ut de re
corpore diversa cogitarunt. Mirum videri non potest, animum, etsi immaterialem
e cum Platone ἀδόνδετον καὶ ἄτιον ipsum appellamus, has varias agendi rationes
ire posse. Elucet enim hoc ex ipsa unione animi cum corpore. Quatenus enim nob
e eo ejusque in hac vita terrestri agendi patiendique modo judicare licet, non nisi corpo
onjunctus actiones illas perficit, contra sejunctus ab ipso, tanquam instrumento suo, ne
ogitare, neque sentire, neque velle ~~ag~~ aliquid posse videtur. Qua quaeso enim ratione
s immateriale, per se consistens, mutationes inire ac in se ipso actiones, quales illae s
revocare posset. Assentiendum potius est aliorum philosophorum placitis, nempe
nimum per se ex absoluta sensatione, (Sinn) et ex absoluta voluntate (Trieb) ta
nam ex elementis suis, sive etiam polis negativo nimirum et positivo consistere, p
arias vero ejus actiones, ubi cum corpore unitur, in perceptionibus (Vorstellungen
t oriundis hinc effectis, sive ut aliis verbis utar, in cogitando, sentiendo et volendo
erni. (Vid. Weiss. Untersuchungen ueber d. Wesen u. Wirken d. menschl. Seele. pag. 33. —
E. Platner Quaest. physiol. Lips. 1794. p. 48. u. Lehrb. d. Logik u. Metaphys. Leipz. 1795. p. 10)
nde fiat, quod perceptiones variae vel ad cogitandum, vel ad sentiendum, vel ad
olendum animum impellant, hic fusius illustrare, prouti argumenti gravitas post
aret, a terminis hujus disquisitionis alienum est. (Vid. Platner. ~~Diss.~~ Quaest. phys. p. 48.
Animus humanus vero nunquam per se diversas uno eodemque tempore actiones p
licere potest, cum immaterialis sit ideoque omnem spatii, sive duplicitatis notionem
se excludat. Homo successive tantum modo sentit, modo cogitat modo vult.
ontenderet aliquis, rem aliter sese habere, animumque simul vario modo agere, con
o induceretur, ut duplicitatem i.e. actionem in spatio, materialismum igitur sta
ret, quippe qui materiae illum aequipararet, eumque ad easdem leges, quibus hae
stricta tenetur revocare videretur. A duplici actione nimirum uno eodemque te
pore peracta spatii notio sejungi nequit, quoniam, ut varias actiones quis ineat,
ires ejus distribuantur necesse est, quarum altera pars hanc altera illam peragat act

uare, quam varia sit animi agendi methodus, quolibet tempore ipsum, si imma=
terialis est, uni tantum operationi deditum esse, concedendum est. Hoc quidem
verum esse non rationis deductio solum, quam modo instituimus, sed ipsa quoque
experientia, ubi accurate in animi actiones attendimus, suadere videtur. Cavendum
vero est, ne actiones animi cum actionibus corporis ab animo inchoatis, confundamus;
quarum omnino quidem variae simul perficiuntur ita, ut animus ipse quoque in=
terdum varias operationes uno temporis momento inire ac perficere minus in rem
attentis videatur. Sed videtur tantum. Enimvero si quis e.g. cogitando simul libe=
ram voluntatem exercere videtur loquendo, obambulando etc. hi motus corporis
voluntarii non ipsi sunt animi ipsius actiones; sed ab animo solummodo incho=
ati sunt, et eo tempore, quo ipse hanc voluntatis vim exercuit, revera cogi=
tatio cessabat; contra reiterata cogitatione vis voluntatis cessit, motusque vo=
luntarii illi inscio quasi animo ob consuetudinem involuntarie continuantur,
unde fit, ut cogitatio de re aliqua excitatis animo novis ideis interpellatur
et perturbetur, attentio animi a certa quadam re avocetur. Nemo enim est,
qui duas pluresve sibi simul ideas et perceptiones repraesentare possit, quae non
nisi successive animo excitari possunt. (quod egregie Weiss exposuit. Vid: ej: lib.
l. pag. 24.) Quare, si non satis clare hoc saepius in oculos nostros incurrit, et
plures interdum actiones animum occupare videntur, hoc sensibus nostris tri=
buendum est, hebetioribus, quam ut successionem illam et mutationem celerrimam
saepe juste discernere possimus. Quemadmodum enim ob sensuum hebetudinem
spatii minimas particulas haud distinguimus, nihilo tamen secius vel has quoque
variis moleculis compositas esse nemo negabit, ita de temporis quoque minimis
particulis judicandum est.
Spurtzheim dicit." I conceive the mind, in this life, confined to the body, of which
it makes use — that is, the powers of the mind want instruments for their ma=
nifestations, — or these manifestations are dependent on the instruments
cannot appear without them, and are modified, diminished, or deranged, ac=
cording to the condition of the instruments or organs:

Missa igitur quaestione metaphysica de natura animi interna, hominem consideremus, *qualem re vera observationi nostrae sese offert, duplici* functionum ordine insignem, animi scilicet, et corporis organici; quae quidem, etsi dum vita humana vivitur, intimo commercio conjunctae sunt, toto tamen coelo differunt. Mentis enim est sensu affici, velle, cogitare, corporis vero, continua materiei organicae commutatione ex germine sese evolvendi ad certum gradum et terminum, ex quo denuo, retrograda quasi ratione, naturae ordini inorganico paulatim paulatimque propius accedit, eique re vera traditur.

Si quid est, quod commune inter se habet hoc utrumque functionum genus, hoc in eo cernitur, quod mentis functiones aeque ac corporis in vitae progressu sensim paulatimque quasi ex germine enascantur, quod utraeque non solum eandem, quoad evolutionem, legem sequantur, sed eadem etiam stadia hujus evolutionis percurrant, denique, quod utriusque functiones in continua quasi productione seu formatione peculiaris indolis consistant, scilicet vel idearum, vel organicae materiei, et quod omnes duplicis hujus generis functiones intime inter se cohaereant et organico vinculo contineantur.

Quodsi vero mentales functiones fastigium vitae humanae attigerunt, quid intersit inter mentis et organismi naturam, perspicue demum intelligitur. Jam enim non solum nos esse, sed *nos esse nosmetipsos* cognoscimus (*Selbstbewustseyn*), naturae ordinem sensibus externis oblatum non, nisi unam naturae extra nos positae partem efficere, alteram vero esse sensibus non obviam, cogitatione tantum attingendam, sublimioris multo indolis, qua fit, ut perspiciat humanus intellectus *omnia, quaecunque sint, ex uno eodemque principio ortum habere, temporis et spatii vinculis conditionumque omnino legibus soluto, perfectissimo, aeterno* et *vere absoluto*, ut verbo dicam, *caduca esse omnia, quae sensus nostros feriunt, destructioni etiam obnoxiam esse eam nostrae naturae partem, quae materiei formam habet, aliam vero stabilem, immutabilem* et *sublimioris naturae*, qua 1.) apti nascimur, ad omnia, quae sensuum ministerio excipimus, ceu naturae ordinem inferiorem *novo, eodemque ideali modo quasi denuo creanda* et *reproducenda in nobis ipsis* (*Vernunft*), qua 2.) *sacrae adstringimur legi, intrinsecus datae, omnia, quae agere nobis pla-*

cet, utrum bona an mala, i. e. utrum principio et creatore omnium, quae sunt, digna sint, nec ne, *probe antea examinare* et ad bilancem quasi revocare. (*Gewissen.*)

Quae cum ita sint, nil, nisi quod *naturae et rationi consentaneum* est, agimus, si *hominem naturae ordines diversos in se inclusos* et *unitos* prae se ferre; hos vero *ex uno scaturire fonte*, — omnia, quae in sensus incurrunt, *non nisi formas* rerum esse, seu partem minus essentialem, externam, inferioris multo indolis, et hinc facile mutabilem et destructioni obnoxiam, illud vero, quod primarium rerum creatarum fontem nos docet, *divinae revera indolis, hinc immutabile* et auctori summo cognoscendo et pietate colendo aptum natum esse, seu, ut sacra scriptura ipsa docet, hominem ad Dei imaginem factum esse, affirmamus.

Homo vero, in medio naturae creatae ordinum positus, et ex utroque conflatus, quatenus aliquid per se est, generalem naturae legem, quam legem *Egoismi naturae* appellant, sequitur, qua quidquid existit, se ipsum tueri, hincque omnia, quae extra ponuntur, conservationi propriae ut inserviant, elaborat; quid? quod, cum conscius sibi sit eorum, quae vel sensibus arrident, sive minus, nova sic ratione, *conscia* videlicet, appetere et prosequi potest, quae placent.

Primarius vero hominis character, ex quo essentia ejus prodit, in eo cernitur, quod *rationem* et *intellectum* appellamus, in facultate omnium, quae sunt, connubium et commercium intuendi et ad summum unicumque fontem reducendi, i. e. naturam sensibus oblatam pariter atque idealem, sublimiorem, divinam cognoscendi. Si quid restaret dubii, an revera divinae originis sit haec dos, hoc facile tolli posset. Competit nimirum homini tum facultas *cognoscendi*, quae divino numine digna patrare possit, tum *eligendi*, quae ipsi placent. Ipse vero inter utrumque ordinem, idealem nimirum et realem seu materialem positus, maximo quidem impetu ad ea, quae materiali formae, inferiori nimirum, arrident, concupienda fertur, nec nisi educationis ope eo ducitur, ut, quae natura ipsius *ἰσοθεία* digna sunt, prae ceteris appetat, reliqua vero non nisi quatenus ad conservandum organismum necessaria sunt et utilia. Continuo hinc nisu modo ad sublimia, modo ad futilia fertur, ejusque cupidines modo ad hanc, modo ad illam partem trahuntur. [illegible]

Homines, ut summo bono, libertate gaudeant; quod veritati respondere, cum nobis met ipsis conscii simus, quo nescio, an firmius possit extare argumentum, nemo facile infitias ire poterit. Sed caveamus, ne falsam huic thesi involvamus notionem. Tantum nimirum abest, ut haec libertas in libera quadam ab omnibus legibus soluta actione consistat, ut potius insitae nobis sint leges, quibus omnes actiones adaptare coacti sumus. Quis enim e.g. globum angulosum aut dolorem gratum sibi cogitare possit, quod legibus rationi nostrae insitis repugnat ideoque absurdum esset, uti in vesanis animadvertimus. Libertas nostra potius in eo sita est, ut ratione libere uti possimus, ut alieno impulsu non necessario ad certas quasdam actiones moveamur, sed, uti Platnerus dicit, rationi consentanea atque dissentanea eligere possimus, i.e. ut arbitrio nostro relictum sit, utrum modo aliquid appetamus, modo aliquid fugiamus, ut resistere vel obsequi possimus motui accepto et illecebris, (vid. Platner Programm quid differat inter animum et mentem. Lips. 1817. pag. 10.) in quo omnis consistit improbitatis reprehensio, virtutis laus. — Sed jam probe tenendum est, animum non per se consistere, sed cum corpore conjunctum esse et ad omnes actiones in hac vita peragendas corpore opus habere, ideoque aliqua ex parte ab ipso pendere. Libertas hominis igitur neutiquam tam absoluta est, uti videri posset, imo constringitur quodammodo nulla animi culpa, ubi corpus sive instrumentum animi minus perfectum est. Ut libere homo agere possit, voluntate et conscientia opus est, quae quantopere varient secundum corporis status firma experientia exploratum est. Omnes animi actiones a perceptionibus (Vorstellungen) inchoantur, quae ab animi organo pendent, unde libertatem hominis necessario coerceri et etiamsi animus intactus manet ipsum in consensum quasi quendam trahi, luce clarius apparet. (Vid. Hohnbaum Ueber d. Verhaeltniss von Leib u. Seele. vid. Journal f. ps. A. II. p. 34)) Apparet, sensus externos pariter atque internos, qui perceptiones provocant, libertatem coercere. Corpus mentem in consensum trahit quare Barthol. de Moor speciose dicit "Cum ergo unio mentis cum corpore tanta sit, ut mens affici non possit, quin corpus simul afficiatur, nec corpus, quin mens simul male mulctetur rectissime meo judicio cerebrum dicitur dispositum ad Melancholiam, quando ejus vestigia, dispositio etc: non possunt non in mente excitare cogitationes turbulentas et ad tristitiam vergentes. Vid. ej. Pathol. cerebri. Amstelod. 1704. p. 141.

Facultatem autem distinguendi et eligendi, quae digna sunt divina hominis origine et natura, moralis disciplinae magistri *liberi rationis humanae usus* nomine insigniverunt; quo compos ille factus est, rationis solius ope ea, quae mala sint, respuendi, et ea, quae coelo placeant, eligendi. Interim probe tenendum est, *liberum rationis usum non in ea solum functionum animi parte inclusum esse, quae practicam vitam respicit, i. e. moralem, sed liberum etiam ipsi datum esse exercitium omnium, in quas vita idealis dispescitur, functionum.* Pro lubitu enim ideas revocare, inter se comparare, conjungere, seriem aliquam earum supprimere et novam inchoare potest, id quod *liberi arbitrii* nomine insignitur. Cum vero *ratio* et *intellectus* essentialis sit hominis character, ut quid cogitet ac velit *legibus supremis, rationi scriptis,* consentaneum sit, jure exposcitur. Fit autem ex dominio illo rationis humanae, ut omnes ejusdem et sensationes et repraesentationes externae non minus, quam inferioris ordinis appetitus, qui organismum spectant, rationis imaginem prae se ferant, i. e. legibus rationis consentaneum aliquid habeant. Quodsi igitur suprema illa hominis lex inversa fuerit, ita, ut vel externae et internae repraesentationes aut sensationes formam rationis exuerint, vel idearum, in quarum exercitio et productione animi vita cernitur, formatio et combinatio legi illi non respondeant, nec appetitus et nisus animi, verbo, si imperium illud, quod *rationi ad gubernandas functiones vitae idealis competit,* sublatum est, tunc hominem essentialis ejus characteris, i. e. liberi in omnes functiones ideales imperii jacturam passum esse, jure dicimus. Caveas itaque, ne, ut factum est, liberum rationis in practica seu morali vita usum cum isto imperio animi, quod omnibus ejus functionibus praeest, confundas.

B. *Quid sit sanitas animi.*

Si dicendum, quid sit *sanitas animi,* prius in mentem est revocandum, nos animum per se neutiquam cognoscere, ideoque non tam de animi ipsius sanitate, quam potius de normali functionum, quas animus cum corpore conjunctus peragit, statu disserere posse, scilicet nos cogitando quidem ipsum a corpore discernere, revera autem eum non ita sejunctum esse, sed arctissimo necessitudinis vinculo cum corpore,

et corpore interveniente, cum rebus externis conjungi. Corporis auxilio animus impressiones percipit ac movetur, corporis auxilio illis consentaneos producit effectus; *ubi tollitur nexus, vita humana* amplius consistere nequit.

Criterium vero, seu signum essentiale sanitatis animi nostri in eo situm est, ut *intellectus usu gaudeamus, ut nobis conscii simus, atque libertate fruamur, animi functiones secundum leges rationi scriptas dirigendi.*##

Iam vero, si verum est, quod est verissimum, sanitatem in universum in eo consistere, ut omnes functiones in unum conspirent finem et se invicem auxilio mutuo excipiant; ut homo non solum cum rebus externis in aequilibrio sit, sed ut vires ac functiones omnium ejus partium singulae quoque inter se harmonice conspirent, necessario *in definienda animi sanitate harmonicus ejus functionum concentus primarius sanitatis animi character* dicendus est. Hinc eam in eo consistere censemus, ut omnes functiones, quas animo tribuimus, rebus externis pariter respondeant, ac inter se ab omni parte concinne conspirent; quod cum fieri non possit, nisi nobismet ipsis conscii simus atque libertate fruamur, a vero mihi aberrare non videor, si eam in *conscientiae atque libertatis integritate*, sive in *incolumi intellectus* et *rationis* usu positam esse censeam. Hoc ubi fit, res externas sensibus recte percipimus, notiones inde collectas retinere et imaginationis et memoriae vi revocare et ulterius prosequi possumus, unde prae ceteris humanae cognitionis exsurgit praestantia.

C. *Quid sit alienatio animi.*

Qui de animi morbis commentati sunt, non omnes in definienda eorum notione consentiunt; descriptiones eorum potius tam parum sibi respondent, ut ne ad hodiernum usque diem, quid sit vesania, evictum sit. Alii nimirum, hanc notionem nimium extendentes, omnes animi status huc referri volunt, ubi quis agat contra normam et leges *intellectuales non minus, quam morales*, propertereaque improbos quoque et stultos huc pertinere contendunt; alii contra, notionem nimium limitantes, eos tantum status huc referunt, in quibus *ratio ac voluntas, absque manifesta in corpore causa, in longius temporis spatium sublatae sunt.* Secludunt igitur non solum vitiosos, sed etiam delirantes, ebrios, somnambulantes alios-

Quae quidem animi sanitatis signa tam arcte nexa sunt sibique invicem respondere videntur, ut altero sublato alterum quoque deficeret. Ubi enim conscientia nulla, ibi nulla libertas, nullus intellectus usus:

Beneke scheint in seiner Abhandlung, "Ueber d. Begriff d. Seelenkran[kheiten] u. seine Begrenzung gegen die ihm verwandten" in Nasse's Journal f. psych. Ä. (18[illegible] H. IV. p. 1.) der Meinung zu seyn, daß jede Krankh. die dem Individuum Schmerz & Empfindungen erzeugt, die ihm unangenehm sind, Seelenkrankh. genannt werden müßte. Allein dieser seiner Abhandlung sieht man sehr leicht an, daß sie nur allein das Produkt eines Philosophen nicht einmal [illegible] Erfahrung [illegible] keinen Behauptungen sehr. Nach ihm würde kaum von irgend einer Scheidung zwischen Seelenkrankh. & körperliche Krankh. d. [illegible] seyn können. Sein Hauptfehler ist, daß auch an d. Symptome d. Krankheit, ein d. Krankheit selbst hält, sonst könnte er nicht seinen sehr sonderbaren Begriffsbestimmungen über Seelenkrankh. gekommen seyn. Schon scheint ihm schon hinreichend eine [illegible] Verletzung um Seelenkrankh. zu machen. & daß höchst wohl d. Gesundh. d. Seele eben in dieser, meinem Bewußtseyn, & daß nämlich in d. richtigen Auffassung alles dessen was d. Körper angeht. Daß nun die Seele v. Schmerzen afficirt werde, ist nur vermöge ihrer Gesundh. möglich, & jemand afficirt werden selbst kann nicht Krankh. genannt werden.

Es ist wirklich schwer einen recht strengen unterscheidenden Begriff zwischen d. s. g. geschichtlichen u. ethischen Romanschriften fest zu stellen. Bei sich erweist dieser Unterschied gar nicht so streng, als es dem ersten Blicke nach erscheinen könnte. Man unterscheidet nämlich beide Gattungen von Schriften nur deshalb, weil in beiden das Hauptgewicht hinsichtlich der gestörten Ausbildung so verschieden ist. An sich sind beide Romanschriftgattungen gleicher Natur, u. beide spielen in dem Verhältnisse [illegible] daß ihre Hauptquelle u. [illegible] beide eigentlich geschichtlich [illegible]. Die geschichtliche Kraft sollte gar nicht sich d. Wortes ethische Schriften bedienen, denn sie [illegible] nicht. Im gemeinen Leben ist dieß ist recht dieser Sprachgebrauch weniger zu mißbilligen. Eben so wenig giebt es auch ethische Ärzte; denn es giebt keine unmittelbare ethische Einwirkung des einen auf d. andern, u. selbst diejenige Methode, die man gewöhnlich die ethische nennt, wo m. z. B. durch Freuden, Ueberzeugung etc. [illegible] ihres Wesens überzeugen u. auf d. rechten Weg zurück führen will, ist nur eine physische, mittelbar durch die Materie auszuführende. Wäre hingegen die Idee, einer direct ethischen Heilmethode gegründet, so würde sie allerdings den Namen einer wirklich ethischen verdienen; allein ist sie dies wirklich, u. ist sie nicht vielmehr ein bloßes Traumgebilde? Eben so wenig als es eine ethische Schriften giebt, eben so wenig giebt es eine direkt ethische Heilmethode.

Eine unmittelbare Einwirkung zweier Geister auf einander kennen wir nicht, u. die Erfahrung lehrt, daß sie wenigstens nicht in dem irdischen Leben erscheint. Ob das nun überhaupt nur möglich ist, oder ob es nur nicht möglich ist so lange diese Geister in einem Körper gebunden sind? dieß läßt sich noch nicht ganz entschieden sagen. Es ist vielleicht in dieß nicht undenkbar, daß geistige Wesen, wenn sie frei u. ungebunden sind, wirklich einen gegenseitigen Einfluß haben können. Wäre dieß aber auch nicht d. Fall, so [illegible] doch hieraus gar nichts [illegible] für d. Fortdauer eines individuellen Lebens. Der individuelle Geist kann ja nach dem Tode des irdischen Leibes mit einem andern Organismus in Verbindung treten, u. auf ihn dann wieder auf ähnliche Weise dort wirken, wie er es im Leben hienieden that. Wäre nicht auch vielleicht selbst Erinnerung möglich, ohne jenen früheren irdischen Leib? Das Bewußtseyn ist Eigenschaft des Geistes, u. dieser bedarf es jener allein, um sich seines Zustandes in früheren Lagen bewußt zu werden. Könnte nicht also d. Geist, frei geworden, doch auch noch d. Erinnerung eines früheren Lebens aufbewahren?

que, qui manifesto quodam corporis morbo laborantes in delirium et hallucinationes incidunt.

Consistit vero, uti vidimus, sanitas animi in *justa functionum ejus conspiratione*, quae non, nisi sub conditione *liberi rationis usus* locum habere potest; morbus ejus igitur non nisi in usu hoc *turbato* vel *sublato* quaerendus est; mentis alienatio igitur ea est *perturbatio*, *qua facultatum regundarum homo impos, nec sibi conscius est.*

Sita est in hac descriptione distinctio *improbitatis* seu animi integritatis jacturae et *vesaniae*, non sejuncta autem ab illa sunt *delirium febrile*, *ebrietas*, *somnambulismus*, *aliique ejusmodi status*, qui ex mea quidem sententia, uti infra fusius ostendam, a vesaniae natura neutiquam abhorrent.

Ubi quis sui compos et rationis usu gaudens contra normam aliquid peragit, non vesanus dici potest, sed aut *improbus*, aut *errore deceptus*, cum non sublata sit facultas recte cogitandi ac volendi; vesanus contra *non agit*, nisi animo *impotenti*, ad ita agendum *cogitur*, proptereaque nescius, quid agat, neque reprehensione, neque laude dignus est. Exierunt enim, ut Cicero eleganter dicit, vesani e potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est.# Plerique vesani partiali tantum et intermittente laborant alienatione, ita, ut consentaneas peragere possint actiones, ad certas vero delati ideas, delirent, quare eo tantum tempore, quo delirant, vesani appellandi sunt.

Cic. Quaest. Tusc. III.

Pythagoras, Stoici aliique philosophi vitia morum ac omnes animi perturbationes morbos animi vocarunt, [24]) et inter nostrates exstiterunt nonnulli, qui, affirmantes, animum ea tantum ratione aegrotare, ut sponte de libertate recedat cupiditatibus nimis indulgens, haud ita longe ab illorum opinione discederent. Etiamsi vero negari non possit, homines voluntate sua, ex libertatis abusu maximum sibi detrimentum, et vesaniam adeo parare posse, tamen num propterea eadem *directe* ab animo

24) Vid. Diog. Laert. VIII. §. 33. Pythagoram haec dicentem statuit: *την αρετην ἁρμονιαν ἐιναι, και την ὑγιειαν και το ἀγαθον ἀπαν και τον θεον.* — Cicero de finib. I. 18. Animi autem morbi sunt cupiditates immensae et inanes divitiarum, gloriae, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. — Vid. H. L. Francke, dissert., qua potiora doctrinae de morbis animi capita novo examini submittuntur. Lips. 1811.

pendeat, annon potius indirecte, alia est quaestio, in qua investiganda serius nostra occupabitur disputatio. Hoc vero constat, neque improbitatem, neque perturbationes animi vesaniae esse tribuendas, quamdiu rationis regimine non careant. Qui vero qui affectibus effrenati, vix sibi conscii contra rationem agunt, vix differunt ab insanientibus, quid? quod brevi furore eos correptos existimem.

Quo minus *ebrietas*, *delirium febrile* aliique ejusmodi status morbosi ad hoc morborum genus referantur, varia auctores descriptionibus vesaniae subjunxerunt additamenta, quae eo maxime redeunt, quod morbus vel *per longius temporis spatium duret*, vel *nulla febre stipatus* sit, vel a *nulla corporis aegritudine dependeat*, in quo revera perperam egisse mihi videntur, cum incertissima sint haec criteria et maxime dubia [25]).

Quod attinet ad breve longumve tempus, hoc neutiquam naturam rei mutare, vix opus est, ut demonstrem. Delirium per se ab alienatione vulgo sic dicta nullo modo differt; ut in hac, ita in illo quoque sublatus est liber in regundis animi functionibus usus, in quo criterium sanitatis animi posuimus. Etsi delirium non sit morbus per se consistens, sed dependens a morboso quodam corporis statu, maniam vero et melancholiam haud raro nullus corporis affectus comitari videatur, hoc neutiquam ad opinionem nos inducere potest, hos status toto coelo inter se differre, idque eo minus, quo maniam quoque et melancholiam interdum a corporis morbis pendere ac nutriri, neque raro cum febre conjunctas reperiri, historiae medicae testes sint locupletes. Hoc quidem constat, in delirio febrili summam morbi non in hoc ipso delirio, sed in febre sitam esse, delirium vero symptomaticum tantum esse, at in furore quoque et in vesania hanc perturbationem facultatum animi symptomaticam

---

25) Langermanni definitio haec est: Animi morbus est involuntaria, *per longius temporis spatium durans* aut saepe revertens in homine, antea sana mente gaudente, perturbatio, seu privatio facultatum cogitandi ac volendi, vel respectu certi alicujus objecti, vel respectu universae rerum cognitionis omnisque actionis, conjuncta cum efficacia virium imaginandi et sentiendi vel ultra modum aucta vel diminuta. Exc. Heinrothus hanc posuit descriptionem: *Dauernde Unfreiheit oder Vernunftlosigkeit, selbstständig u. für sich, sogar bei scheinbar leiblicher Gesundheit als Krankheit oder krankhafter Zustand bestehend, und d. Gebiet der Gemüthes- Geistes- und Willenskrankheiten umfassend macht den vollständigen Begriff der Seelenstörungen aus.* Vid. ej. *Lehrb. d. Seelenst. I. p. 42. §. 54. u. §. 189. p. 242.*

H. Erhebt sich das Streben zu Leidenschaften und dehnen, die so hoch steigen, daß der Mensch ergriffen sich zu Handlungen hinreißen läßt, die niemand billigen kann, der mit ihm sich den Zustand [illegible] des Selbst überlegt, und selbst nicht durch Vorstellungen zur Billigung sich verleiten läßt, so ist dies schon für einen Anfang eines Irreseyns zu halten. Der Zustand, in welchem sich die von so großen Leidenschaften ergriffenen befinden, ist nur dem Grade nach vom wirklichen Irreseyn verschieden, und es bedarf nur noch eines kleinen Schrittes um jenen bis zu diesem zu steigern. Eben deshalb geschieht es auch, daß heftige Gemüthsaffekte die häufigste Gelegenheitsursache zu Verrücktheit sind, und dies ganz besonders dann, wenn der Geist schon eine solche Richtung in seinen Neigungen genommen hat, daß er immer wieder auf dieselben Ideen, und solche Vorstellungen zurückkommt, die mit diesen Affekten in engerer Verwandtschaft stehen. Es bildet sich anfangs eine gewisse Richtung der Ideen auf diesen Gegenstand, von dem sich der Geist später nicht mehr frei zu machen ver-

Veteres desipientiam, tamquam genus morborum, in tres species dividebant; in Maniam et Melancholiam, - in phrenitidem et - in Delirium. Illam desipientiam chronicam sine febre, hoc desipientiam brevem cum febre, et medio loco nominatam speciem desipientiam chronicam cum febre dicebant. Sed veteres quoque hic illic has distinctiones non satis accuratas esse opinantes variis specierum nominibus varie utebantur, uti apud Hippocratem ἐξέστης et μανία synonima saepius leguntur. Vid. de locis in homine; ubi de capitis fracturis loquitur. Edit: V. d. Lind. pag. 389. Praedict. 1. 2. pag. 472. de insania tractatus. Ed. Foes: fol. V. 1286.
Coelius Aurelianus diserte dicit phreniticos a maniacis non satis discerni posse, etenim maniacos quoque saepius febricitare. vid. Cael: Aurel. de morbb. acutis et chronic: VIII. Amstel. 1709. 45. 17. 18. C. V. Similia apud alios offendimus. Vid. Willis Op. omn. 11. p. 253.

Revera, si quis mentis alienationem non adesse contenderet, ubi febris aliusque morbus corporis delirium excitant, et eam tantum vesaniam veram existimaret, quae a nulla manifesta causa in corpore sita oriatur, is illi aequipararet, qui spasmum negaret, ubi intactis nervis, febris, plethora, vitia organica aliive morbi in systemate sanguinis sedem suam habentes convulsiones excitant, quas existere quotidiana experientia confirmat. Longe equidem absum, ut distinctionem variarum hujus generis specierum statuere reprahendam, sed id tantum urgeo, scriptores vel quoad genus f delirium febrile a delirio mente captorum sive chronico disjungere. Sicuti spasmi non morbum ipsum, sed formam tantum ejus indicant, neque quid sunt, nisi symptomata, ita delirium quoque, chronicum pariter atque acutum symptoma est, a profundiori morbo pendens, quod a diversissimis corporis affectionibus originem suam ducere potest.

tantum atque dependentem esse a latente aliquo atque abscondito corporis vitio, verisimillimum est, quod serius latius ostendere instituti nostri ratio postulat.

Huc accedit, quod multa sint exempla amentiae per breve tantum temporis spatium durantis et acutissime decurrentis, quae nullo modo aliorum morborum vestigia comitabantur, neque, quod, si opus esset, multorum exemplorum auctoritate facile demonstrari posset, complicata fuerant ullo organismi manifesto vitio. Celeberrimum est illud HEIMII exemplum, narrantis, virum quendam nobilem et in illustri loco positum, aliquando media nocte e somno expergefactum, tanto furore correptum fuisse, ut, rationis usu omnino carens, inter alia conjugem dilectitsimam per fenestram in plateam praecipitare conaretur; quae mania, dimidia circiter hora praeterlapsa, evanuit rursus, neque umquam denuo recruduit [26]). Mania intermittens idem fere ostendit; ex paroxismis et lucidis intervallis componitur. Brevissimi saepius sunt paroxismi, et longa ipsos sequuntur intervalla, in quibus omnia desipientiae vestigia extincta sunt. Per quod tempus vero libertatis privatio locum habuit, per hoc maniam adfuisse nemo negabit.

Est quidem regula, a potiori fieri denominationem, ideoque delirio febrili correptum non vesanum, sed febricitantem appellamus, cum in febre summa rei quaerenda sit; sed quod fert consuetudo et quotidianus usus, id, si naturam rei cognoscere cupimus, sequi nullo modo licet, ideoque delirantem non minus animo alienatum appellandum esse existimo. Verba nimirum *vesaniae, alienationis, delirii* aliaque non internam morbi naturam, sed formas ejus indicant, omnia vero notionem sublatae libertatis ac conscientiae involvunt, hincque omnia ad *unum genus* referenda sunt.

Sed haec sufficiant. Quod enim de delirio, id in universum de ebrietate, phrenitide, somnambulismo, hydrophobia et similibus affectionibus dicendum est [27]).

---

26) Vid. HUFELANAD *Journal f. pract. Heilk.* 1816. *Jen. p.* 118. Horn Archiv f. medic. Erfahr.

27) Consentiunt nobiscum in sententia de delirii, ebrietatis etc. et mentis alienationis natura una eademque veteres non minus, quam recentiores nonnulli scriptores. Ita apud SENECAM Epist. 28.

D. *Quid sequatur ex praemissis.*

Summa eorum, quae exposita hucusque sunt, in eo posita esse contendo, animo nostro longe supra limites hujus vitae elato, cum Dei ipsius natura proximam intercedere similitudinem, in eo praeprimis sitam, ut libertate fruatur, — deinde sanitatem animi in incolumi hujus libertatis usu consistere, — denique mentis alienationem in sublato rationis ac libertatis in regundis animi functionibus usu quaerendam esse.

Iam vero, qui vesaniam animo tribuendam esse censent, sequenti utuntur syllogismo. „*Ens liberum per alienam vim libertate privari nequit; alias enim non esset liberum; animus est liber; ergo non corporis vi libertate privari potest* [28]).

Est quidem haec argumentatio primo adspectu ejusmodi, ut ex eadem sequi videatur," *ergo omnem mentis alienationem non nisi animi ipsius culpa natam, in animo ipso unice quaerendam esse.* Sed videtur tantum. Si quidem animi morborum character essentialis in eo consistit, ut libero rationis usu homo privatus sit, animum vel *voluntate ipsa*, seu spontaneo ausu, libertatem exuere posse, vel *libertatis abusu* hanc jacturam facere posse, statuendum esset. Qui fieri possit, ut animus proprio impulsu et vi essentialem characterem delere possit, non intelligimus; sed ponamus, fieri posse, ut homo sponte sua libertatem exuere cupiat, voluntas sola neutiquam ad hoc praestandum sufficeret. Etenim si quis hoc affirmaret, aliis verbis *per usum voluntatis, vim voluntatis ipsam deleri* posse contenderet, quod absonum est; idem enim esset, ac si quis diceret, *sanitatem a sanitate absorberi posse* [29]). Iure et merito igitur syllogismo supra memorato hunc alium opponimus: „*Ens liberum per actum exer-*

---

legimus: Nihil aliud est ebrietas, quam voluntaria insania et brevis furor. Vid. insuper Reil *Fieberlehre. IV. p.* 370. — Crichton lib. cit. p. 60. — Nasse *Journal f. psych. Aerzte. I. p.* 452.

28) Celeb. Heinroth in commentatione de morborum animi et pathematum animi differentia s. c. inter alia pag. 9. haec dicit: „*Animus neque quoad materiam ejus, neque quoad formam a rebus externis laedi potest, atque immutari. Jam vero constat sola culpa sua animum posse libertate privari, quia nihil est, quod extrinsecus de statu dejicere animum possit, ergo per se quoque solum aegrotare potest.*"

29) Optime hanc sententiam exposuit Weiss. vid. *Journ. f. ps. A. II.* 521. *Wenn die Seele durch sich allein erkrankte, so würde die Freiheit der geistigen Bewegung verloren gehn durch den Gebrauch dieser Freiheit selbst. Sie entzöge sich ihrer Willkühr mit Willkühr, oder erkrankte durch*

Animus sani et vesani [t] per se nullo modo differunt, actiones autem quas uterque perf
cum corpore conjunctus diversae esse debent ob diversas, quae utrique excitantur
per instrumenta animi, perceptiones (vel notiones vel ideas); Animus vesani quoque con
taneas hisce perceptiones actiones peragit, perversae autem et rationi sanorum ha
quaquam convenientes sunt, quoniam perceptiones aliae sunt, quam eae, quae sanis a
ducuntur. Eadem rem enim, si morbo correpta sunt instrumenta animi, diversissim
atque perversissimas ideas excitare posse, negari nequit; ideoque actiones hominem
mentales perversae esse possunt intacto animo ipso. Perdita est in vesanis non tam li
tas animi, quam potius libertas hominis, quae ab illa eo differt, quod non absoluta est, s
a corporis conditionibus pendens, quae exerceri debet et augeri, ne a corporis vi abso
beatur, cujus parva tantum in pueris vestigia deprehendimus ob praevalentem inferi
nostrae naturae potestatem.

Man kann zugeben, daß sich ein Mensch durch seinen eigenen Willen toll machen könnte, allein er kann dies nicht so sehr durch seine intellectuelle, als vielmehr durch seine moralische Freiheit, d.h. er kann nicht sagen, ich will toll seyn, und hiermit sich den Gesetzen des menschl. Denkvermögens entziehen, sondern er kann nur sagen, ich will mich toll machen, indem ich mich einem Leben hingeben werde, was mich in einen Zustand versetzen wird, der mich nach und nach der intellectuellen Freiheit berauben wird. Er kann also freiwillig sich die entfernten Ursachen zur Geisteszerrüttung herbeiführen, so daß später secundär die Geisteskrankh. wirklich entsteht, indem er die Bedingungen der Krkh. in seiner physischen Organisation hervorruft. dies geschieht z.B. bei Säufern, Schwärmern, Grüblern, Onanisten etc. etc.

citii libertatis ipsum, nec interveniente aliena quadam vi, libertatis facultatem abjicere non potest, ergo animus sua sponte libertatem ipsam amittere non potest.

Progrediamur vero ad alterum momentum ex *abusu libertatis* desumptum. In organismo vel abusu partis, vel eo, quod pars aliqua omni usu et exercitatione careat, vim et functionem organi tolli et morbum adduci posse, experientia docet. Quaeritur, annon forsitan animus quoque abusu facultatum suarum aegrotare, atque ita in se ipso morbum procreare possit.

Animo ob ipsam libertatem vim inesse, facultatibus abutendi, nemo negabit; quotidie enim hoc experimur. Posset forsan ejusmodi abusus libertatis in facultatibus exercendis eo aliquem perducere, ut consuetudo quaedam inde oboriretur, tam altas radices agens, ut paullatim facultas denuo retrovertendi, atque ita libertas ipsa deleatur, et mentis alienatio introducatur.

Videtur et hoc crebra experientia confirmari, quae docet, viros litteratos et eruditionis fama inclarescentes ob continuata difficili cuidam rei diu noctuque inpensa studia, pictores atque poëtas phantasiae insultibus agitatos et imaginibus ejus continuo affixos, alios ex alio virium animi abusu mentis alienatione correptos fuisse. Nihilo tamen secius hanc alienationem in animi ipsius morbosa affectione sitam esse, negare cogimur. Virium animi abusus vel maxime inveteratus, nisi in corpore ipso diathesin vesaniae excitat, in veram animi perturbationem et morbum transire nequit. Abusus ipse non nisi libertatis exercitio perfici potest; qua, quaeso, igitur ratione fieri poterit, ut ita animus libertatis facultate privetur, nisi quid extra eum positum esset, quod teneat ipsum et cogat in perversa consuetudine persistere, quodque impediat, quominus aliam viam introeat? Non extinctus fuit libertatis usus, dum abutebatur eadem animus, jam si nihil est, quod cogat eum et ditioni suae subjiciat, quid est, quod deleat facultatem retroeundi? *Libertatis usus libertatem tollere nequit*, nisi eadem traditur alius rei, tanquam vin-

---

ihre Gesundheit. Idem fere NASSE dicit ibid. I. p. 128. et. 409; nec minus LEUPOLD in commentatione: *Wie verhalten sich somatische Krankheit, psychisches Irreseyn u. Sünde zu einander, im Journal f. ps. A. II. p* 56.

culi alicujus potestati. Neque minus hoc quoque experientia confirmat, cum improbos proprio impulsu et vi ad virtutem redire videamus, neque optimi tanta virtutis vi excellere soleant, ut nunquam errare et a recto tramite paulisper deflectere possint.

Ne, quod abusus, ac consuetudo in corporis organici partibus efficiat, id in animo quoque fieri posse statuamus, magnopere cavendum est; utriusque enim natura toto coelo inter se distat. In organico corpore abusus partis morbum procreat, oborta in parte ipsa mutatione, aut destructione, quam in animo adduci posse negavimus.

Libertas vero, quam in animo in se spectato et corporis vinculis soluto *absolutam* nominare licet, in homine, ex animo et corpore constante *non nisi relativa* et conditionibus ex conjunctione illa pendentibus subjecta est, et tunc tantum locum habere potest, ubi animi et corporis commercium liberum est, ita, ut utriusque operationes legibus naturae ipsius insitis consentaneo modo peragi possint. Alienatio mentis quidem in animo cum corpore conjuncto locum habet, *neque vero solo ex animo, neque e solo corpore pendere posse* videtur, sed *e mutuo commercio* utriusque, ita tamen, ut, cum animus immutabilis sit, *proxima causa necessario in corpore sedem suam* habeat. Animus, qui cum corpore conjunctus unum constituit, (hominem videlicet, qui, sublata unione, nullus est), ut actiones inire possit, a corpore afficiatur et in corpus reagat, necesse est; neque cogitat, neque vult, neque sentit aliquid, nisi adjutus corporis ministerio.

Hoc vero non impedit, quin statuamus, animum, etsi per se inviolabilem et nunquam in se aegrotantem, tamen, ut ad vitae, sanitatis et cujuscunque morborum generis rationem, ita etiam plurimum ad procreandam vesaniam *conferre* posse, sed ita tantum, ut *remotam, nunquam proximam continere causam existimem*, unde apparet, me *nullos proprie dicendos animi morbos* statuere, omnemque alienationem ad id genus morborum referendam esse censere, quod vir celeb. Heinrothus optime *pathematum animi* nomine, alii aliis nominibus insigniverunt. In exercenda libertate corpus maximi momenti est, omneque igitur hominum studium in id impendendum est, ut illecebras corporis fugiant, atque appetitus, qui hominem huc et illuc rapiunt, rationi subjiciant, ut in rebus

Quemadmodum enim quis carcerem ingressus non propterea captus dici potest, qui ingressus est in carcerem, sed quod tenetur in ipso clausus; ita animus quoque, qui abusus libertatis vesaniae occasionem dedit, non ob hunc abusum ipsum, sed ob vincula, quibus corpus ipsum tenet, captus quasi tenetur.

*) Animus cum corpore unum efficit, individuum, quod hominem appellamus. Homo mortalis est nihil aliud significat, quam animus a corpore separari po~~ssunt~~test, quo facto corpus inferiori, ut ita dicam, rerum ordini traditum, ad quem pertinet; animus vero immortalis, αθανατος, neque ulli amplius mutationi obnoxius su=periori rerum ordini traditur, atque haud amplius caduco instrumento adhaerens in Dei ipsius societatem redit.

fugiendis et expetendis rationem sequantur et consilium. Tendendum est ad virtutem, nec voluptatibus corporis serviendum; qui secus agit, is corporis ditioni sese tradens jamjam propius accedit ad amentiam, cujus demum principium est, ubi nimia corporis vi animi facultas, corporis vim eludendi, perdita fuerit [30]).

SECTIO II.

De corpore ut sede vesaniae.

CAPUT I.

De corporis vi ad procreandam vesaniam in universum.

Intercedit inter animum et corpus *arctissimum necessitudinis vinculum*, quod, quale sit, ignoramus, et tenebris obtectum est, quas ne operosa quidem cogitatio et subtilis disquisitio illustrare unquam aut dispellere poterit.* Nihilo tamen secius vinculum ipsum extra dubitationis aleam positum est; testatur enim hoc homo ipse, qui nullus est, nisi coalitus ex utroque, cum si cogitando separamus haec, simul notionem hominis tollamus.

Etiamsi vero vix intelligimus, qua ratione corpori animus, animo corpus connexum esse possit, minus forsan mirabilis videbitur haec coalitio ex decretis philosophorum, quae supra jam adduximus [31]). Nesci-

---

30) Temperantia, moderatrix omnium commotionum, cum a libidine avocat, tum insolenti alacritate gestire non sinit. Haec pacem animis affert. vid. *Cic.* Quaest. tuscul. V. 14. — Est in animis omnium fere natura molle aliquid, demissum, humile, enervatum quodammodo et languidum. Si nihil aliud: nihil esset homine deformius. Sed praesto est domina omnium et regina, *ratio*, quae connixa per se et progressa longius fit perfecta virtus. Haec ut imperet parti illi animi, quae obedire debet, id videndum est viro. Quonam modo? inquies. Vel ut dominus servo, vel ut imperator militi, vel ut parens filio. Vid. Quaest. tuscul. II. 20.

31) Vid. I. I. Schmidt. *Blicke in d. Gebiet d. Heilkunde überhaupt, u. d. Seelenkunde insbesondre. Altona* 1799. *St. I. p.* 61. *Ueber das wechselseitige Verhältniss d. Seele zum Körper.* — *Weiss. l. c. II. p.* 11.

*, De mutuo inter animum et corpus connexu multa praeclare nuper exposuit Hartmann. Der Geist d. Menschen in seinen Verhaeltnissen zum physische Leben. Wien. 1820.

mus, *quid sit animus,* sed nescimus etiam, *quid sit materies.* Neque illum, neque hanc cogitare possumus, nisi sub forma *vis.* Quicquid enim sub spatii temporisque forma occurrit, per vires fiat necesse est; absona vero est atque absoleta sententia, materiem segne aliquid esse, et mortuum quasi; est et ipsa potius *vis per se,* vis spatium replens, uti animus est vis tempus replens. *Esse* aliquid, non differt reapse ab agendo, ergo *vim internam* indicat. Agere atque esse vere unum idemque est. Apparet igitur, corpus nostrum, quatenus vires, ex quibus conflatum est, tanquam veram ejus essentiam seu substantiam consideramus, non tantopere, uti primo intuitu videtur, ab animo differre, utrumque potius per vires internas esse [32].

Nexus corporis animique ejusmodi est, ut vim quandam mutuo in se exerceant, atque functiones utriusque invicem a se dependeant, ita tamen, ut, quod probe tenendum est, *natura utriusque neutiquam eo permutetur.* Quod quidem commercium cum revera explicare non liceat, in scrutinio legum ex phaenomenorum observatione deductarum acquiescendum est. Arctissimam inter bina naturae nostrae elementa intercedere necessitudinem, luculentissimis experientiae testimoniis edoceri videmur. Vires animi non solum in universum corporis viribus respodent, et facultates cogitandi, sentiendi et volendi juxta mutationes in corpore occurrentes mutantur, sed tanta est inter utrumque vicissitudo et singularis consensus, ut, si quis insigni laboret infirmitate facultatum animi, aut excellat earum ambitu et vigore, id in externa quoque corporis forma et habitu exprimatur, ita, ut haud iniquum multoque minus absurdum nobis videatur physiognomicorum, Lavateri, Gallii, aliorumque studium, nisi justos limites transgrediatur. Quis est, qui neget inter *temperamenta* et *organismi status conjunctionem?* Consistunt illa potius in certa quadem corporis conditione et habitudine ad functiones peragendas, quae animi quoque facultatibus et inclinationibus singularem tribuit indolem; mutationes vero subeunt in uno eodemque individuo, quae mu-

32) Vid. C. Eb. Schelling *das Leben u. seine Erscheinung.* Landsh. 1806 *Einleitung.*

Vid. Herder Ideen zur Geschichte d. Menschheit. Th. 1. 5tes Buch 2. p. 211.

Folgen wir dem Gange der Natur, so ist offenbar, 1.) daß Kraft u. Organ zwar innigst verbunden, nicht aber eins und dasselbe sey, die Materie unsres Körpers war da; aber gestaltlos und unbelebt, ehe sie die organischen Kräfte bildeten u. belebten. 2.) Jede Kraft wirkt ihren Organen harmonisch, denn sie hat sich dasselbe zur Offenbarung ihres Wesens nur zugebildet, sie assimilirt die Theile, die der Allmächtige ihr zuführte und in deren Hüllen er sie gleichsam einwies. 3. Wenn die Hülle wegfällt, so bleibt die Kraft, die voraus, obwohl in einem niedrigern Zustande und ebenfalls organisch vor dieser Hülle schon existirte. War es möglich, daß sie aus ihrem vorigen in diesen Zustand übergehen konnte, so ist ihr auch bey dieser Enthüllung ein neuer Uebergang möglich. Fürs Medium wird der sorgen, der sie, und zwar viel unvollkommener, hieher brachte.

daß ein höherer Grad von relativ verminderter Freiheit des Menschen
im Zustande des Körpers, u. seine Freiheit nicht nur im Allgemeinen,
eine relative, d. h. so weit der Körper sie gestattet sei, sondern
daß sie auch keineswegs durch ihn in verschiedenen Graden bis zum
relativen Gänzlich vermindert, beschränkt werden müsse, daher
besonders d. habituellen Geistesstimmungen die mit körperlichen Leiden
u. Zuständen parallel erscheinen. Dies ist höchst wichtig für Beurtheilung des Ge-
geistes Lebens in dem Körper. Jeder Mensch wie er ist, ist nur hingestellt
zwischen 2 Welten u. die Beziehungen der materiel. u. geistigen Welt, u.
in Folge dessen fast täglich ein anderer in seiner Geistesstimmung die vom
Körper bedingt wird, u. in dem Grade an Freiheit, die ihm zu Gebote
steht, u. in seinem intellektuellen Wirken herrscht. Es ist in dieser
Hinsicht ein schwankes Geschöpf, was besonders in Beziehung auf Begierden
u. Intelligenz. Die größten Menschen haben ihre Schwächen, u. ver-
fallen zu einzelnen Zeiten in mindere Thätigkeit von Seiten der
Intelligenz u. Moral — etc.

tatis organismi conditionibus respondent [33]). Nihil vero clarius vim corporis in animum declarat contemplatione variarum aetatum. Inde ab infantia enim usque ad senectutem relationem inter animi facultatum et organismi praestantiam continuo deprehendimus [34]). Quam diversae sunt indolis animi facultates in utroque hominum sexu obviae! Etiamsi enim multum educationi, vitae rationi, aliarumque rerum externarum efficaciae tribuamus, quibus uterque sexus expositus esse solet, sexum ipsum plurimum ad animi vires et characterem diverso modo conformandam conferre, nemo negabit, etsi in utroque animus unius ejusdemque naturae sit. Morbi saepius vel fortissimum virum animo demissum ac timidum reddunt, neque gravius fere exstat argumentum, vim corporis in animum demonstrans, quam ipsa illa exempla virorum ingenii praestantia excellentium, in rebus adversis timidorum, imbecillium et de salute desperantium, quorum animus obrutus et obnubilatus quasi corporis labe, sublata hac, in pristinum statum redit et splendidissima opera peragit. Non opus est, ut rem fusius illustrem, ad quotidianam provoco experientiam [35]). Quemadmodum vero corpus in animum, ita animus quoque in corpus vim exercet. Diurnae enim animi intentiones non minus quam corporis labores lassitudinem adducunt. Qui ingenii vires continuata cogitatione nimis intendunt, animumque immoderata phantasia torquent,

---

33) Veteres aeque ac recentiores in eo consentiunt, temperamentorum varietatem a corpore pendere. Ita vel KANTIUS in Anthropologia (*Königsb.* 1798.) p. 257. haec dicit. „*Es ergiebt sich, dass die Temperamente, die wir blos der Seele beilegen, doch wohl insgeheim das Körperliche im Menschen zur mitwirkenden Ursache haben.* Veteres eadem a corpore pendere existimasse, non opus est scriptorum auctoritate comprobare; docent enim hoc nomina, quibus illa insigniebant, sanguineum cholericum, phlegmaticum, melancholicum, quae nomina, etsi per se non satis apta, tamen ad hodiernum usque diem submoveri non potuerunt. Vid. W. A. FICKER de temperamentis hominum, quatenus ex fabrica corporis et structura pendent. Goetting. 1791.

34) LUCAE, *Ueber Verschiedenh. d. Alter.* — HEINROTH. l. c. I. p. 197.

35) BARTH. de MOOR, in praeclara pathologiae cerebri delineatione practica. Amstel. 1704. p. 139. haec profert: „Nullus est, quin aliquando contristetur, non tamen ideo melancholicus dici potest. Itaque dispositio constans seu continuata est genus melancholiae. Tum enim homines dici solent melancholici, quando a prava corporis constitutione sunt tetrici, tristes, solitarii, nec sese ab hoc statu facile dimoveri patiuntur. Vitium hoc ad mentem non pertinet, verum ad corpus, quamvis mens ad consensum trahatur. Adeo arcta est horum conjunctio, ut animi mores sequantur temperamentum corporis praecipue in iis, qui animi imperio minus, corporis impetu magis utuntur. Hinc etiam apud Hippocratem jam legimus. "At ubi corporis habitus aegrotat neque mens ipsa alacritatem habet ad virtutis meditationem. Morbus enim praesens animam vehementer obscurat, intelligentiam ad adfectionem per consensum ducens". Vid: Democritus ad Hippocratem de hominis natura. et alio loco "Augescit autem intelligentia praesente sanitate.

corpori quoque labem inferunt. Quis est, quem lateat animi abjecti et prostrati, sollicitudinum, irae, amoris, aliorumque animi affectuum vis in provocandos morbos? Cui contra ignota esse potest spei, hilaritatis, laetitiae, aliorumque animi oblectamentorum efficacitas in sanandis gravissimis corporis morbis? Nonne optima praecautio in peste, aliisque epidemiis in animo erecto et in utramque fortunam parato constat? Silentio praetereo alia, exstant scripta, quae firmissimis argumentis rem stabiliunt [36].

Instrumenta, quae corpus *arctius* cum animo conjungunt, *nervi* sunt, imprimisque *cerebrum*, quod medium quasi inter utrumque locum occupat, neque injuria *organon animi* appellatur, cum absque ipso nulla exstet animi operatio. Haec sententia neutiquam ita est comparata, ut posset materialismum defendere. Etenim cerebrum per se solum nullam animi actionem perficit, ad quam procreandam necessario animo, nobiliore naturae nostrae parte, opus est [37]. #

Cerebrum animi organon esse, nemo facile dubitabit. Supponamus oculis nostris phaenomena, quae vulnera cerebri sequuntur, videmus, functiones animi eo laedi; eligamus Anatomiam et Physiologiam magistras, adparet, nervos, per totum corpus dissipatos, omnes in cerebro conjungi, omnemque eorum vim cessare, ubi a cerebri communicatione separantur; comparemus denique, quae Anatomia et Physiologia comparata suppeditat, argumenta; luce clarius ostendunt, structuram et magnitudinem cerebri in diversis animalium generibus eatenus variare, quatenus eadem majori minorive facultatum mentalium praestantia excellunt, eoque accuratius humano respondere, quo propius ipsa ad humani intellectus

---

36) *Esquirol* des passions considérées comme causes, symptomes, et moyens curatifs de l'aliénation mentale. Paris, 1805. — Ludwig oratio de phantasia immoderata vires corporis et animi laedente. vid Adversaria med. pract. III. p. II. p. 348. — Kant *von der Macht d. Gemüthes durch d. blossen Vorsatz seiner kranken Gefühle Meister zu werden. Jena*, 1798. — Maas *Versuch über die Leidenschaften.* — Falconer *Von d. Einfl. d. Leidensch. auf d. Krankh. d. Körpers.* — A. M. Vering. *Ueber Wechselwirkung zwischen Seele u. Körper, — u. v. d. Anwendung d. psych. Kurmethode bei Krank. d. K. Leipz.* 1818.

37) V d. Moor l. c. p. 376. Perceptiones oriuntur ex unione et quasi permistione mentis cum corpore. — The expression Organ designates an instrument, by means of which a faculty manifests itself. The muscles for example are the organs of voluntary motion, but the muscles are not the being which moves. The brain is the organ by which the mind manifests itself but the brain is not the mind. — who has not observed, that delirium accompanies fever in the brain? etc. etc. and yet who has ever from such observations badly belief in the immortality of the soul weakened? One or the other of the following conclusions must be drawn; either that

the mind itself is affected by disease, and that its faculties are suspended, [illegible] or extinguished; or that the organs alone by means of which the mind manifests itself are affected and thus produce the apparent changes upon the former. If any one wishes to assume the first opinion, we beg leave to ask him, whether, if the mind itself be liable to suspension, perversion and change ~~[illegible]~~ we may not have equal reason to question its perpetual existence? While on the other hand, if we hold that delirium from fever and insanity are diseases entirely of the brain or organ of mind, then we may hold as Dr. Spurzheim does, that the Soul –

> Shall flourish in immortal youth,
> Unhurt amidst the war of elements
> the wreck of matter and the crash of worlds. —

#. Cavendum modo est, ne animum ipsum cum organis ejus confundamus. Ut sentiat, cogitet ac velit homo, animo praeditus est; sed animus absolute consideratus neque sentire, neque cogitare, neque velle aliquid potest; quod ut possit, instrumentis opus est, cujus ope et auxilio omnes ejus operationes inchoantur et perficiuntur, quod neutiquam confert ad minuendam ejus dignitatem divinam, imo potius denotat, animum nostrum non ad hanc terrestrem vitam unice natum esse, in qua omnes vires non nisi corporibus adnexae agunt, sed ad immortalitatem et vitam subliminorem in societate viri divinae transigendam destinatum esse.

In welchem Zustande nun aber die Seele nach dem Tode sich befinden wird [illegible]

*. Es ist sehr wahrscheinlich, daß sich im Menschen nicht einmal irgend eine einzelne Idee erzeugen können, ohne daß sie mit einer gleichzeitigen u. selbst vorausgegangenen organischen Wirkung in Verbindung und verbunden wäre. So wie es nie gehört worden ist, daß irgend ein Instrument Töne erschallen ließ, ohne daß das Instrument in Bewegung gesetzt ward, so wie die Saite nie klingen wird ohne daß sie erzittert, eben so wenig wird d. Mensch (als Mensch) eine Idee in sich aufklären sehen, die nicht durch Mitwirkung des organischen Seeleninstruments erzeugt würde.

#. Acephali vivunt et crescunt, vita eorum vero non tam animalis est, quam potius vegetativa, plantarum instar vivunt.

×. Was die Gall-Spurzheimsche Lehre betrifft, so ist sie allerdings eine der Art, daß sie mißverstanden, zu dem gröbsten Materialismus hinführen kann. Vielleicht sind die Begründer der Lehre selbst hierin etwas weiter gegangen u. haben selbst Anlaß zu Mißverständnissen gegeben. Gall insbesondere scheint das Geistige im Menschen wenigstens öfters weniger, nicht immer deutlich behauptet zu haben, obgleich als Erscheinung der Materie dargestellt, er scheint z. B. öfters Alles u. allein nur d. Seelenorganen als einzige u. hinlängliche Ursache bestimmter Seelenfunktionen hinzudeuten; dies ist allerdings zu vermeiden. Allein eine vorsichtige Anwendung seiner Lehre ist offenbar höchst nützlich u. nichts weniger als zum Materialismus verleitend. Man lasse nie aus d. Augen, daß alle die räumlichen Veränderungen, die wir mit dieser oder jener abgesehen Thätigkeiten in Verbindung stehen sehen, nicht das wirkliche Geistige selbst sey. Die räumliche Abbildung oder Verschiedenheit besteht nur bei der Thätigkeit des Geistes an sich, u. d. körperliche Organ ist nichts, als was seine Aussage, u. h. Anlage d. Seele, bald mehr oder weniger vollkommen sagen kann.

excellentiam adspirent 38). *Cerebrum centrum* est organismi animalis, atque *vinculum utriusque* ejus naturae, in quo omnes animi operationes peraguntur. Jure et merito concludimus, *animi actionibus continuo cerebri actiones respondere* 39).

Conjuncta autem est haec disquisitio cum quaestionibus saepissime jamjam prolatis ingentesque lites inter eruditos moventibus de *sede animi*, quas ridiculas multi nominarunt. At si Cartesium, Leibnitium, Willisium et nostris temporibus Platnerum, Sömmerringum aliosque eandem quaestionem instituere videmus, revera vix tam vana esse potest; neque intelligo, quid sit, cur absurdam eam declaremus, si modo non absurdas ipsi subjungamus notiones. Nempe non de sede aliqua sermo esse potest, in qua inclusus sit animus, sed de parte aliqua cerebri centrali, a qua ipse *immediate quasi* afficiatur; ob quam causam justa videtur denominatio hujus partis, quae Aristoteli placuit, *πρωτον αισθητηριον*, sive *πρωτον αισθητηρικον μοριον* Galeni, sensorium commune nostratium. Animum cum corpore conjunctum esse, ideoque in universum de sede ejus in corpore sermonem esse posse, apparet; non jejuna igitur, et quae ludibrio exponatur, videri potest quaestio. Ast hoc quoque quisque libenter concedet, animum arctiori vinculo cum systemate nervoso necti, nervos vero animi functionibus inservire, quatenus cum cerebro conjuncti sint, cerebrum ergo proprium esse organon animi. Quid impedit igitur, quominus jam in encephalo ipso partem quaeramus, quae pricipatum quasi habeat? quod eo magis arridet, cum anatomia docere videatur, nervos, e quibus conflatum quasi est cerebrum, omnes in eodem ipso in unam partem congregari. Quaenam vero sit haec pars, id quidem vix jamjam certo demonstrari potest, neque refert mea, varias de ea sententias recensere, et quae plurimum defendenda videatur, illustrare, utrum, uti Cartesio et nuper Eschenmayero 40) et Kiesero 41) visum est, glandulam pinealem, an corpus callosum, quod Lan-

38) Spurtzheim Observations sur la Phraenologie ou la connaissance de l'homme moral et intellectuel, fondées sur les fonctions du systeme nerveux. Paris, 1818.

39) Functiones organo animae peculiares Dissert. Buettneri. p. 94.

40) Eschenmeyer, Psychologie 1817. p. 212 *u.* 213.

41) Kieser, *System d. pract. Medizin I. p.* 481.

cisius, an striatum quod Willisius [42]) defendit, an corpora quadrigemina, quae Platneri [43]) fuit sententia, aut aquam ventriculorum cerebri, quod Sömmeringo [44]) placuit, aut pontem Varoli, uti Hallerus et Wrisbergius voluerunt, aut cerebellum aut aliam partem prae ceteris antecellere, possit probari. Sed haec delibare potius, quam accurate disputare licuit; latius enim hic patet campus, quam ut concludi possit angustis hujus scriptionis terminis. Redeo igitur, unde egressus sum.

Operationes animi humani cerebro adstrictae sunt; perceptiones sensuum, imaginationis, memoriae etc. cerebro interveniente fiunt, neque ullam animus sine simultanea cerebri actione perceptionem provocare potest. Excitantur vero perceptiones varia ratione; subditi enim sunt animi imperio, tanquam ministri, *sensus*, externi internique, quibus silentibus nulla animi actio perficitur. Quod quam verum sit, prae ceteris *somnus* illustrat, quo non animus, semper vigilans, sed corpus tantum eget. Quamcunque hypothesin de somno sequamur, a corpore ipsum pendere et ad recreationem corporis, systematis nervosi imprimis, cujus optimum pabulum appellari posset, ipso opus esse, omnium et singulorum est opinio, quam causae et effectus ejus comprobant. Vigilat animus dormientis, neque tamen ullam actionem init ob solutam quodammodo arctiorem inter res externas et corpus, et inter corpus et ipsum animum connexum, unde fit, ut cogitatio, sensatio ac voluntas sileant. Urgente somno sensus occluduntur, motus cessant, phantasiae et memoriae agitationes silent; fugato somno, ob ipsum instrumentorum vigorem renovatum, animi actiones novo vigore peraguntur. Quod attinet ad *somnia*, ea et ipsa quoque sunt actiones per cerebrum non omni ex parte somno sepultum effectae [45]). Ut quietus nos occupet somnus, placida

---

42) Willisius de anima brutorum, quae hominis vitalis et sensitiva est. Cap. IV. — v. d. Moor l. c. p. 365.

43) E. Platner an ridiculum sit, animi sedem inquirere. Progr. Lips. 1795. id. Quaestiones physiolog. Lips. 1793. p. 57.

44) Sömmering, *Ueber d. Organ d. Seele. Königsb.* 1796.

45) Willisius de anima brut. l. c. XVI. p. 139. Insomnia sunt tantum excursus quorundam spirituum in cerebro ligatione solutorum, qui dum ceteris arcte constrictis huc illuc sine duce aut regulatore devagantur, atque motuum typos veluti choreas prius edoctas repetunt, rerum prius actarum cogitationes; licet more valde confuso, repraesentare solent.

De somno. vid. [illegible]. A. 6. [illegible]

#. Diditi nimirum ipsi sint corporis laboribus absumpti ac defessi, ebrii, gra-
vibus capitis vulneribus laesi, qui aëri mephitico expositi sunt, venenaque
narcotica sumserunt etc. etc. Invitat vero etiam ad somnum quies, baln[eum]
musica, nimius tempestatis aestus, frigus, nimium impletio ventriculi et sic porr[o]

[illegible] der Schlaf für unseren Gegenstand beweist, [illegible] auch die Ohnmacht, u. der Scheintod. die Seele wird nicht ohnmächtig, [illegible] befallen, sondern d. Körper, u. d. Seele schweigt nur in diesem Zustand [illegible] Sinnen [illegible] [illegible] [illegible] wirklich vorhanden ist [illegible]. [illegible] zum höchsten Punkte gesteigerte Schmerz erzeugt Ohnmacht, u. d. Schmerz ist mit ihr u. während ihr verschwunden. die Ursache liegt nicht allein [illegible] im Schlafe in dem [illegible] Wechselverhältniß u. gegenseitigen Einfluß [illegible] Körper u. Geist [illegible] Zustand [illegible]. Aber [illegible] ist wieder ein Beweis mehr für d. Verschiedenheit zwischen Geist u. Körper. [illegible] beide eins, so wäre es nicht möglich, daß bei [illegible] Ursache [illegible] wirkung, die d. Schmerz erzeugte, [illegible] in d. Ohnmacht [illegible] [illegible] ein Ganzes [illegible], daß dieser Schmerz nicht mehr gefühlt wird? die Ohnmacht [illegible] dem Geiste ein Leiden d. Körpers, u. aber [illegible] dem Leidenden seine Schmerzen [illegible], so kann auch d. Ursache [illegible] im Schlafe, in d. Ohnmacht, im Scheintod u. wirklichen Tod sich nicht [illegible] Gründen [illegible]. [illegible] Körper [illegible] auf d. [illegible] Geist

#. In disputatione Reilii de sensu externo. def. Zollikoffer ab Altenklingen Hal. 1794. hanc sensationis descriptionem legimus. "Sensatio est necessaria animae mutatio ope organorum sensuum immediate generata vel idea animae a rei externae actione in organon sensorium excitata, qua non solum in genere rei cujusdam externae efficaciam in suum corpus, sed etiam singulas rei notas, saltem plurimis in speciebus percipit.

##. Ope coenaesthesis, seu sensus vitalis, qui medium quasi occupat locum inter sensus externos et internos, omnibus aliis sensus actionibus quidquam quasi additur, quod hic sensus sibi vindicat, id vero, quod sensibus externis proprium est per singularem organorum, in quibus sedem habent, structuram et indolem efficitur; vis vero sensuum ipsorum nulla alia est, quam communis illa omnium nervorum, sed modificata per fabricam etc.

Sensus internus. Mit diesem [illegible] [illegible]. [illegible] ein [illegible] Verhältniß des Geistes zu dem Körper, [illegible] bei d. äußern Sinnen. der ganze Unterschied [illegible] in der Verschiedenheit der [illegible], [illegible] beide Sinne [illegible]. Innerer Sinn ist nicht [illegible] als rein geistig, [illegible] kann nicht [illegible] körperlich [illegible]. [illegible] Organe, welche dem innern Sinne [illegible] werden [illegible] Vorstellungen erzeugen können, wenn sie nicht mit dem denkenden, [illegible] u. wollenden Geiste in Verbindung stehen. Es ist nicht gleichbedeutend mit der [illegible] Vorstellungskraft, sondern [illegible], um Vorstellungen zu erzeugen muß ein Ich, ein Selbstbewußtsein [illegible], eine Seele vorhanden seyn, [illegible] mit dem Organischen in Verbindung stehenden Geistes möglich ist.

quadam totius corporis, inprimis cerebri, dispositione opus est, ne agitentur singulae ejusdem partes, atque ideae provocentur sub forma somniorum prodeuntes. Hinc videmus, potus cibosque, quatenus ventriculum aggravant, humorem genitalem, plethoram abdominalem, aliaque somnum perturbare. Qui somniat, vigilanti jam proprior est, hinc matutino tempore inprimis nos somnia tenent, ubi, recreato jam corpore, ita res externae nos afficiunt, ut facilius cerebrum, et ita animum attingant. Quod de insomniis, idem fere de *ephialte*, de *somnambulismo*, aliisque ejusmodi morbosis corporis affectionibus dicere licet. Omnes enim in *morboso* et *inquietissimo somno* constare videntur, neque haud ita longe a vesaniae *natura* discrepant; quid? quod eos saepius in hanc ipsam transiise narrant [46]). Sed non licet nobis in hunc campum amplissimum exspatiari; commemoranda autem haec videbantur, quoniam plurimum ad illustrandos cerebri morbus conducunt.

Afficitur animus per *sensus externos*, per *coenaesthesin* [47]), et per *sensus internos*. Sensus externi animum cum rebus extra nos positis conjungunt, et primam cogitandi materiam exhibent, coenaesthesis ille sensus est, per quem animus ope nervorum per totum corpus sparsorum de proprii corporis statu sensationem percipit, estque proprie fons, e quo sensus externi originem quodammodo ducunt; sublata enim coenaesthesi, nulla sensuum externorum sensatio ad animum perveniret. De sensibus internis, quibus *imaginatio*, *memoria*, *judicium* adnumeranda sunt, multi dubitarunt, utrum cerebrum, et quid conferat, ut fiant. Conferre autem cerebrum, et simultaneo opere cum animo in iis exercendis comprehendi, docent imaginationis et memoriae, a certis quibusdam corporis, praeprimis cerebri, affectionibus suppressae pariter atque excitatae exempla, vis vini, opii, aliorumque narcoticorum. Quod vero de imaginatione et memoria valet, id, quod summa rei est, de superioribus quoque sic

---

46) Somnambulismum morbosam esse affectionem inter alios nuper Kieserus quoque dixit. Vid. ej. *Syst. d. prakt. Mediz.* I. 487.

47) Quod Reilius coenaesthesin vocavit, id Kantius, veteres, qui coenaesthesi simile quid suspicati sunt, sequutus *sensum vitalem*; Liebsch in Anthropol. *sensum communem organicum* nominant. Est vero hic sensus vel *jucundus* vel *injucundus*, quod optime graecis verbis ἰυφορίας et δυσφορίας nomine insigniri potest.

dictis animi functionibus, de *ratiocinio* nimirum, statuendum est. Scilicet hoc quoque corporis vinculis adstrictum, *idemque functionem animi esse, non nisi cerebri adjumento perficiendam*, videmus.

Haec ita disputantes, illud quoque jam perfecisse videmur, ut, easdem has animi functiones tam diu justas esse et rationi consentaneas, quam diu organa, quibus afficitur animus et ad agendum impellitur, justas et rebus externis consentaneas provocant perceptiones, facili negotio intelligi ab omnibus, et judicari possit. Quod si res aliter se habet, i. e., si vel sensuum externorum, vel coenaesthesis, vel sensuum internorum organa morbi vi occumbunt, animi functiones perturbari debere sequitur; et revera perturbantur. Hoc sensibus, memoriae et imaginationi accidere, nemo dubitat, idem vero etiam tum locum habere debere, si ratiocinii leges introversae sunt, necessario intelligitur.

Quid accidat tandem cerebro, ut *vita humana* fastigio dejiciatur suo, et rationis legibus amplius non obtemperet, alia, eademque difficillima restat quaestio, de qua generaliora tantum tradere licet.

Organa, quae inserviunt animi functionibus, a ceterarum organismi partium indole animali haud differunt, ideoque eadem structura organica et mistione praedita eadem nutritione egent, iisdemque mutationibus, ergo morbis quoque obnoxia sunt. Cum vero quilibet morbus functiones organi, quod occupat, plus minusve turbet, systematis nervosi et encephali morbus functiones animi turbare debere, quisque concedet. Sed nondum eo pervenimus perscrutando, ut, quibus necessario opus sit affectionibus ad certas quasdam functiones perturbandas, clare perspiciamus, nihilo tamen secius *leges, secundum quas morbosae illae evadant, observare et persequi nobis datum est*, in quo versari debet in universum omnis medicorum industria.

Manca mihi videtur eorum ratio, qui laesarum cerebri functionum phaenomena ab hac alterave proprietate certo certius derivari posse opinabantur, uti apud KLOEKHOFIUM, praeclarum de mentis alienatione scriptorem, legimus, qui in eo haud dubie erravit, quod omnem hujus morbi causam ad *infirmatum medullae cerebri tenorem* retulerit [48]). Qui ejus-

48) C. A. KLOEKHOF, de morbis ex infirmato medullae cerebri tenore. Vid. ej. opuscul. me-

"Ratiocinium quoque per corporis statum mutatur. Quis enim est, quem fugiat, etia
hoc per morbos cerebri, per senectutem etc. infirmius reddi? Per sensuum externorum
et immaginationis memoriaeque vitia morbosum evadit. Neque judicium fieri potes
nisi antea per sensus internos aut externos a cerebro pendentes ideae moventur. Defic-
ientibus enim ideis per cerebrum ~~nulla~~ exhibitis cogitatio nulla est, valetque de h
sensu interno imprimis canon illud, "Nihil est in mente, quod non antea fuerit in sensu.

‡. De magna systematis nervosi dignitate, imprimisque de legibus quibus hoc systema in function
animi non minus quam corporis agat, et ad constituendas morborum formas conferat, eg
gie Kreyssig disputavit. Vid. ej. Syst. d. pr. H. I p. 67. 205. 281. 315.

Homo falli potest, atque hoc quidem modo per sensus externos, modo per coenaesthesin, modo per sensus internos; quod cum experientia quaelibet doceat, prolixius demonstrare non opus est. Deceptiones haud raro ad perversas actiones nos impellunt. Dici vero etiam potest, *vesaniam ipsam in deceptione aliqua quodammodo consistere*, ita, ut quamvis perversae sint actiones vesani, animus ejus per se salvus semper et incolumis sit, functiones ejus vero turbatae ac perversae evadant. Errores hominum haud raro ita increscunt, ut difficile sit dictu, num hic status vesania, stultitia, error, aut animi affectus appellari debeat et vere interdum in veram mentis alienationem transeat. Est tamen inter deceptionem et vesaniam ea differentia, ut qui errant errore convinci possint, qui vero delirant, omnibus dictis surdas praebeant aures: Praetereaque in errore causa plerumque a qua pendeat ipse adest, delirium vero solummodo ex interno *morboso* statu explicari potest.

modi ali quid demonstrare student, hypothesibus indulgent maxime dubiis. Est cerebrum organon totius organismi nobilissimum, structurae subtilissimae, ita, ut quam egregia sint Reilii, Gallii, Baillii, Soemmeringii Meckelii aliorumque merita de expoloranda ejusdem fabrica interna, innumerae tamen occurrere possint in eo mutationes, quae oculos nostros fugiunt.

Ut vero haec omnia recte intelligantur, qualis sit inter *vesaniam, et eam animi operationum perversitatem, quae in sensuum externorum, vel internorum fallacia consistunt*, et inter *conditiones internas utriusque status differentia*, pauca edisserere liceat. Culpa animi sola fieri potest, ut, qui terrore concussus sit, objectum terroris ante oculos videre credat, aut, qui anxie morbi alicujus phaenomena attento animo persequatur, se mortis periculo proximum esse, sibi persuadeat, aut, ut neglecta rationis cultura homo eo inducatur, ut res absonas veras esse credat. Hi quidem omnes in *errore* versantur, plus minus facile instructionis ope *corrigendo*, aut propria ratiocinatione convincendo; *delirat* vero homo, et *vere mente alienatus* appellandus est, ubi error ejusmodi ita increscit, ut, etsi *nihil plane* existat, quod errorem excitare possit, *neque aliorum argumentatione de phantasmatum inanitate convinci* possit, sed proprii justique cum rebus externis connexus *oblitus*, omnem agendi rationem perversis suis imaginibus accommodet. Quodsi hac ratione vesania revera oborta est, *cerebri vitam animi culpa propria tandem in morbosum statum, quem idiopathicum pathologi dicunt, abiisse concludi debet* 49).

Alius vero fons errorum animi manifesto in *corporis* statu morboso quaerendus est. Vel enim ex vitiis sensuum externorum, vel nervorum coenaesthesis, vel cerebri ipsius oriuntur. Perversas sensus externi excitant perceptiones, ubi aut organa sensuum ipsa, aut partes illae cerebri, quae impressiones eorum animo adducunt, aegrotant. Sita enim est haud

---

dic. iterum edit. a. I. Ch. Trg. Schlegel. Ienae 1772. *Uebersetzt von* Leune. Leipz. 1789 und 1790. 2 *Bde.* (*I. Bd.*)

49) Verum est, quod Reilius in Dissert. sup. cit. dicit p. 170: Vesanus est, qui vigilans somniat, imaginationes res reales, et res reales imaginationes esse censet, perverse de suo nexu cum mundo et de sua corporis et animae conditione judicat. Errant et alii circa imaginationes, sed correctionem admittunt; at vesano nullo modo contrarium persuadebitur, quippe qui ad omnia argumenta surdus, omnes eos vesanos putat, qui a sua opinione discedunt.

dubie plerumque perversi visus auditusque causa in aure oculoque ipso at fieri quoque potest, ut videamus aliquid, aut audiamus, intactis organis sensuum, ubi nihil aut aliud quid ipsis objicitur, ob morbosas cerebri affectiones, quae impressiones sensuum pervertunt, ideoque perversas animo excitant sensationes. Ita diplopia, marmarygae, tinnitus aurium, syrigmus et al. modo a morbo sensuum organorum ipsorum, modo a cerebri morbosa affectione adducuntur. Idem fere de coenaesthesi morbosa, seu dysphoria valet, quae modo a perversa sensibilitate universali partialive, modo a morboso earum partium statu pendet, quae impressiones ejus ad animum transferunt. Ita hypochondriasis modo a labefactatis organis abdominalibus, vel cordis, modo a morbosa nervorum ad haec organa tendentium, modo a cerebri ipsius affectione dependet. Ast vesanus, sive delirans dici non potest, quicunque perversas perceptiones habet, sed is tantum, qui ludibrio idearum illarum deditus, ita sese agitari patitur, ut, nexus sui cum rebus externis haud conscius, e mentis potestate exeat. Hoc quidem etsi plerumque tunc accidit, quando cerebri ipsius vita et structura immediate a morbo affecta est, tamen animum etiam ex morbis in sensuum externorum et coenaesthesis organis sitis in vesaniam incurrere posse, experientia docuit. Memoratu dignissimum est illud Dufourii exemplum, quod ostendit, virum quendam sexagenarium cataracta incipiente, tanta visus perturbatione laborasse, ut tandem vesanus evaderet, vesania autem sanatum fuisse, ubi progresso morbo omni visus facultate privatus esset 50). Coenaesthesin morbosam vesanos reddere, quotidie fere in hypochondriacis videmus, qui increscente malo vesanis, inprimisque melancholicis proximi sunt, et revera medium inter sanos et mente captos occupant locum. Eos autem prae ceteris vesaniae obnoxios esse, quorum sensus interni laborent, qui imaginatione perversa agitentur, per se intelligitur; quo propiores enim gubernaculo animi partes aegrotant, eo facilius omnis ratiocinatio justa pervertatur necesse est. Si enim verum est, eas sensationes, quas sensus externi et coenaesthesis excitant, non nisi cerebri ope ad animum ipsum pervenire, necessario salvo hoc organo, in animo

---

50) Dufour *Ueber d. Verrichtungen u. Krankheiten d. menschl. Verstandes: a. d. Franz. Leipz.* 1786, *vid. p.* 133.

*. Constat enim justum sensuum externorum officium cessare, ubi sensus interni ae-
grotant, quibuscum necessario nexu cohaerent, contra secus hoc esse, ubi sensus
interni salvi persistant, quarum ope perversitas externorum intelligi et corrigi
poterit, et ita ne deceptio in delirium transeat, prohibetur, quod accidit,
ubi tantae sunt impressiones, ut alias provocare animum prohibeant, et ita
vim animi ipsius quodammodo absorbeant.

**. Ab omni vinculo liberatus tum demum erit animus humanus, ubi relicto hoc ter-
restri domicilio ad alias regiones transierit, in quibus haud amplius adnexus
tam fragili et infirmo instrumento, quale corpus nostrum est, pleniori liberta-
tis jure fruetur. Apta vero est illa saepius decantata comparatio hominis
cum lyra. Quemadmodum enim ne optimus quidem cytharoedus lyrae dissonanti
harmonicum et suave sonans elicere potest carmen, haud secus est in animo
morboso adnexo corpori. A corpore pendet, num animus normales aut innor-
males perficere potest actiones; instrumenta quibus utitur apta sint ac vale-
ant necesse est. In vesano quoque animus divinus ac immortalis residet, ab
illo, quo vel sapientissimus gaudet, non diversus; vesanus quoque secundum
leges, a natura animis nostris scriptas, agit, quam perversae sint ejus ac-
tiones mentales, ad easdem leges ab animo perficiuntur, secundum quas Socra-
tes, Plato et sapientissimi omnium aetatum ac populorum viri, viribus suis
utebantur. Differunt judicia vesanorum ab iis sanorum solummodo eo, quod
perceptionum confusioni dediti, falsas i.e. rerum externarum naturae nec
aliorum rationi consentaneas conclusiones inire a corpore coguntur. Non
animus est, qui efficit, quod unius hominis mens plura intelligat ac melius
ratiocinetur, quam alterius; quod alter ante alios antecellat, alter resistat;
animi eorum enim aequales sunt. Ut tantum singuli inter se distent, facultates,
quas ille corporis sui, imprimisque encephali praestantia sibi prae ceteris conciliavit,
ille vero minus excoluit et ob corporis infirmitatem excolere non potuit, efficiunt.
Imperitissimi animus, si infundi posset encephalo Neutonii ad Neutonii praestantiam
adspiraret. Mente capti quoque animo gaudent humano, quod a potestate mentis
exciderint, id corporis vi factum est. Post mortem, quae vincula inter animum et
corpus rumpit totumque terrenae vitae schema delet, aeque divini immortales
eorum animi ad aliam vitam transibunt.

ipso remedium est, perversas perceptiones corrigendi atque ita de erroris inanitate sibi persuadendi. Organo animi ipso labefactato, animus undique perceptionibus perversis obruitur, ita, ut vis ejus in regundis functionibus ab hac vi externa, organi vitio propria quasi pessumdetur. Ut igitur sensus externi et coenaesthesis vesaniam procreent, necessario *cerebrum ipsum in consensum* trahant, i. e. cerebro aliqua ex parte labem suam impertiant, necesse est, unde apparet, jure et merito *proximam mentis alienationis causam semper in cerebro ipso quaerendam esse.*

Quae cum ita sint, videmus, *animum nostrum, etiamsi divinitus ortum, quam diu corpori ligetur, non omni ex parte liberum esse*, quippe obnoxium fragili corporis metamorphosi, quod vinculum ipsi est ferreum, quo quasi compede aliqua vinctus, tum in judicando rerum et idearum pretio, tum in appetendis rebus corporis aut animi usui plus minus accomodatis fallatur, et a tramite rationis aberret. Sed haec in universum satis sunto.

CAPUT II.

Adversariorum argumenta quaedam potiora examinantur et refutantur.

Ut, quae hucusque exposuimus in universum, clarius eluceant, opus esset, ut jam singula omnia momenta pertractarem, quae in essentiali cum argumento nostro nexu esse inveniantur. Sed ne limites disputationis transgrediar, vela contrahenda sunt. Liceat igitur potiora saltem adversariorum argumenta, quibus opiniones suas superinstruxerunt, illustrare et refutare, quibus corollarii loco simul inserere quaedam liceat, quae dissentientibus objici et ad infringenda eorum theoremata plurimum conferre poterunt. Plurima, quae huc spectant, nullo modo vilipendenda, prae ceteris NASSIUS [51]) et HOHNBAUM [52]) nuper protulerunt.

Ea nimirum, quae dissensioni inprimis ansam praebuisse videntur, quaerenda existimo in *causis vesaniae remotis*, praeprimis in *repentina*

51) Vid Iornal f. psysch. *Aerzte. I. Hft.* 3. *p.* 409.
52) Ibid. *II. Hft.* 1. *p*, 31.

ejusdem per animi affectus origine, — in *sanitate vesanorum*, *quoad corporis valetudinem haud raro non turbata*, — et in *sectionibus*, quae in corporibus insanorum *nulla* saepissime *vitii vestigia*, in corporibus eorum contra, qui *nunquam sanae mentis jacturam fecerint*, *gravissimas cerebri destructiones* ostendunt.

A. *Quid doceant causae remotae.*

Causae vesaniae *remotae*, etsi per se *diversissimae* in universum, ad duo genera revocari possunt. Sunt enim eae vel *psychicae*, vel *physicae*, quas singulas commemorare, singularumque vim ac potestatem illustrare longum est; quare potius in eo opera nostra versabitur, ut, num in universum aliquid in ipsis inveniri possit, quod nostrae sententiae obstet, investigem, easque omnes, physicas aeque ac psychicas, ea tantum ratione, quatenus corpus male afficiunt, vesaniam procreare posse, demonstrem. Quod quidem aliis secus visum est 53).

Ea comparantes, quae celeberrimorum scriptorum observationes docent, de varia variarum vesaniae causarum multitudine, omnes fere in eo convenire videmus, numerum eorum, qui psychicarum causarum vi e mentis potestate exierint, longe illos, qui ob physicas causas in mentis alienationem inciderint, superare 54). Quid vero impedit, quo minus ob hanc rem sedem ejus in ipso corpore quaeramus?

Animum ipsum maximi momenti esse in provocanda mentis alienatione, jam saepius indicavi, at ipsum ita tantum conferre, ut *quasi semina spargat*, *remotam* igitur quidem, *neutiquam proximam* continere posse causam, contendo. Non directe igitur, sed indirecte, i. e., interveniente cerebro, causae psychicae vesaniam procreant, certum quendam cerebri statum provocantes, quem cum nulla nos hucusque potuerit docere pathologia, in quo consistat, haud injuste cum veteribus

53) Est homo duplicis naturae, psychicae alterius, alterius physicae; ab utraque parte affici potest. Hinc praefero causarum divisionem in physicas et psychicas omnibus aliis scriptorum. Crichton in tres eas retulit classes, in causas physicas, in virium animi defatigationes et intentiones nimias, et in affectus animi. At, quas secundo et tertio loco nominat, in unam classem redigendas esse, apparet Vid. ej. lib. cit. pag. 63.

54) Maximam attentionem merentur prae ceteris observationes Pinelii et Esquirolii; vid. Dictio. des sciences medicat. Tom. XVI, artic. Folie.

Nosocomium Pinelii la Salpetriere dictum.
vesani. 595. caussae physicae 201. caus. psychic. 394.
Nosocom. Esquirolii
vesani 276. caus. physic. 107. caus. psychic. 169.
Nosocom. Torgaviense. Pienitz
vesani 73. c. physic. 26 c. psych. 47.

intemperiem cerebri vocare licebit. 55). Causas psychicas ejusmodi intemperiem proferre posse, nemo infitias ire poterit, atque ex iis, quae supra de mutuo inter animum et corpus nexu proposui, elucere videtur. Functiones animi autem a causis physicis turbari posse, neminem mirum videri poterit, cum illas a cerebri integritate pendere appareat, *cerebrum* vero cum omnibus corporis partibus in eo conveniat, ut *organica natura* gaudeat, proptereaque non minus, quam ceterae partes, *noxiis rerum externarum viribus obnoxium* sit.

Est cerebrum organon animi, et instrumentum, cujus ope is actiones suas exercet. Quod animum afficit, cerebro ministrante, ad eum pervenit, quas animus ipse sponte sua init actiones, eas denuo, interveniente cerebro, peragit. Animi actiones igitur normales ac concinnae tantum esse possunt, quando cerebro facultas data est, normales excitandi perceptiones et voluntati animi obediundi. Ad hoc requiritur duplex conditio; primum, ut cerebrum ipsum salvum et incolume sit, deinde, ut ceterae systematis nervosi partes, quibuscum conjunctum illud est, secunda guadeant valetudine, ut impressiones juste suscipiant, justasque cerebro adducant; perturbantur enim functiones animi modo ex cerebri, modo ex aliarum partium organismi vitio, quod vim in cerebri vitam exercet. Cerebro ipso aegrotante, easdem necessario citius perturbari, quam si reliquae partes morbo laborent, facile patet; quippe ceterarum partium morbi *leviorem plerumque tantum organi animi suppressionem, neque profundiorem ejus laesionem,* aut *veram vesaniam adducunt.* Vesania duplicis esse potest originis. Est enim modo *primaria*, modo *secundaria.* Illa oboritur a profundiori cerebri labe, quae plerumque a noxio rerum influxu in organon animi ipsum pendet, haec a primaria

55) Quas de cerebri totiusque systematis nervosi morbis habemus doctrinas, eae in universum exiles sunt et perquam incompletae; et si verum est, artem medicam adhuc magnis scatere erroribus, id de nervorum pathologia praecipue valet, quorum fabrica et actiones densissimis obvolutae tenebris tam absconditae sunt indolis, ut nunquam veram eorum naturam penetraturi simus; quare id medico agendum est, ut leges inquirat, secundum quas morbi nervorum oriuntur, qua in re hoc probe tenendum est, nervos quoque et cerebrum organa esse, nec ab aliis organismi partibus reapse differre, hinc eadem ratione, ac omnes aegrotare, omnesque aliarum partium morbos ipsis quoque communicari posse.

aliarum partium laesione, quae plerumque, ab initio saltem, leviori gradu cerebri vitam male afficit. Ita e. g. in febribus sanguinis exaestuatio cerebrum leviter afficit, hincque delirium oboritur febrile.

Primaria aeque ac secundaria vesania a psychicis non minus, quam a physicis pendere potest momentis, illa tamen saepius a psychicis, haec magis a physicis commovetur, ac commoveatur necesse est, cum organon animi ipsum multo magis psychicarum, ceterae vero partes, quae secundariam provocant vesaniam, physicarum potius causarum vi expositae sint. Nihilo tamen secius contrarium quoque locum habet. Etenim psychicae etiam causae morbos corporis procreant, qui serius ad provocandam vesaniam conferunt, et potentiae nocentes physicae primariam quoque excitare possunt vesaniam, cum non omnis iisdem ad ima animi penetralia aditus occlusus sit. Priusquam, quod reliquum est, persequar, hoc mihi memorandum videtur, mentis alienationem raro a psychicis tantum, raro etiam a physicis solum causis excitari, plerumque potius utrumque causarum genus, sese invicem comitantium et excipientium ad procreandum hunc morbum conferre. Si enim recesseris ab iis exemplis, quae eum immediate a cerebri vulneribus, a depressionibus cranii atque ab aliis ejusmodi laesionibus mechanicis pendere docent, vix ulla, neque externa res, neque etiam corporis morbus, tantam in cerebri vitam, nisi jam antea labefactatum fuerit, vim exercere poterit, ut inde vesania oboriatur, nisi forsitan ejusmodi res nocentes corpus afficiant, quae directam in systema nervosum vim habere videntur, quod probatur, ut exemplis rem corroborem, venenorum quorundam potestate, uti opii, hyoscyami, strammonii, vini, contagiorum, morsus canis rabidi, aliisque.

Minus rara forsitan est vesania a solis psychicis causis oborta, sed mirum hoc videri non potest, ubi magnam affectuum animi vim in totum organismum perpendimus, quae eo major in cerebrum ipsum esse debet, cum in hoc immediate irruat. Animi affectus enim, qui deliquia animi, convulsiones, apoplexiam, mortem adeo repentinam adducunt, in interna cerebri fabrica ejusmodi destructiones excitare posse, quibus ad vesaniam producendam opus est, jure concludimus.

Iam vero ea, quae hucusque de causis remotis disputavimus considerantibus, necessario mentis alienationem saepius a psychicis, quam a physicis,

Lorinky erzählt in seinem Buche an die Welt, daß auch d. Tand= wichtel [illegible] u. eingebrannt der völlig [illegible] Glauben herrsche andere zu Todtbeten zu können. Wer zu dieser Todtbeten verdammt wird erhält davon von der Ausführung Kunde, und die Wirkung der Einbildung ist hier oft so stark, daß die bloße Vorschrift schon hinreicht, die Verurtheilten zu tödten. Vid. Edinb. Review. N. XLVIII p. 345

Narrant, poëtam Lotichium, cum aliquando in taberna quadam philtrum sumserat, vesaniam evarisse, ejusque vesaniam periodicam, sive intermittentem postea factam, non nisi sensim paulatimque post longam annorum seriem evanuisse. Vid. Beausobre. Mem: 5. p. 318.

Nasse behauptet, daß die nächste Ursache des Wahnsinns [illegible] wohl auch in anderen Theilen, und wie er sich ausdrückt in physisch niedern Theilen liegen könne. – Wenn wir ihm auch nicht streitig machen wollen, daß diese Theile wirklich [illegible] die alleinige Ursache des psych. [illegible] enthalten, so bleibt doch immer noch übrig, einzuschränken, daß diese [illegible] physisch niedern Theile [illegible] nur secundär, oder symptomatisch Irresein hervorrufen kann, und folglich doch nur entfernte Ursache dieses Zustandes ist.

plerumque vero ab utroque genere pendere debere, in oculos incurrit. Si enim verum est, organa talium imprimis rerum interventu morbo corripi, a quibus immediate et specifica quasi ratione afficiuntur, cerebrum quoque a psychicis causis facilius aegrotare, quam a physicis, quibus occlusa magis est via ad cerebrum, necesse est. Quemadmodum refrigeratio facilius catarrhum, rheumatismum, pneumoniam, febres etc. excitat, quam spasmos, carditidem etc.; ita aerumnae, ira, terror etc. facilius convulsiones, animi deliquia, apoplexiam et laesiones cerebri adducunt, quam laesiones vitae vegetativae functionum. Hoc tamen nequaquam impedit, quo minus cerebri quoque functiones a physicis causis turbentur, quippe quod inprimis a *diathesi singularum partium* pendet. Causas enim nocentes earum praecipue partium functiones turbare, quae *antea jam fuerint laesae et labefactatae*, etsi non peculiarem cum iis habeant nexum, notissimum est, neque igitur absonum esse potest, uti recentissimis temporibus quibusdam visum est, causis vesaniae, ad veterum exempla, pravas sanguinis dispositiones, plethoram, evacuationes suppressas, vitia mensium, graviditatem ac puerperium, exanthemata retrogressa, varios diaetae errores, ebrietatem, morbos imi ventris aliasque morbosas vitae vegetativae affectiones adnumerare. Naturae et experientiae omnium aetatum ac populorum potius respondet, omnes affectus nocentes, physicos aeque, ac psychicos, cerebro jamjam labefactato, efficere, ut προκαταρξις, seu dispositio praevia morbosa ad ἀκμην perducatur, morbusque occultus hucusque nunc foras prorumpat.

Sequitur vero etiam ex iisdem his animadversionibus, quod breviter tantum commemorare liceat, a) quomodo fieri possit, ut *frequentia* vesaniae diversa sit ratione *aetatis*, *sexus*, *hominum ordinum*, *regionum*, *saeculorum* etc. atque b) quam magni momenti sit *conveniens ejus generis aegrotorum curandorum methodus psychica*, quae qua ratione institui debeat, Pinelius inprimis docuit.

Quod enim attinet ad frequentiam illam vesaniae variam, haec ex *varia causarum remotarum*, animi affectuum inprimis, frequentia elucere videtur [56]). Ita pueri, nisi connata ipsis est morbosa cerebri praedisposi-

---

56) Esquirol sur les passions; pag. 16. Dans l'enfance point de passions, point d'aliénés, a l'age de puberté les passions se montrent, l'aliénation se manifeste; dans l'age suivant tous les

tio, quae impediat, quo minus excolantur animi facultates, unde, quod in *cretinis* observamus, fatuitas oriretur, rarissime tantum in vesaniam incidunt, cum optima plerumque eorum sit sanitas, neque animi affectus magnam in eos exerceant vim. Iuvenes, qui pubertatis aetate frequenti sanguinis et vitae vegetativae orgasmo obnoxii sunt, et animi motibus, saepius gravissimis agitantur, minus raro e mentis potestate exeunt, quod creberrime in *viris* observamus, in quos, ut taceam corporis labores, ambitio, avaritia, curae, assiduae meditationes, lucubrationes, spes frustrata, in universum omne animi affectuum triste agmen irruit. *Senes* vero, qui carent plerumque gravioribus animi motibus, rarissime tantum vesani evadunt. Hinc et illud explicandum est, quod tempestates, ordines, constitutiones civitatum politicae, mores, luxus aliaque ad provocandam vesaniam conferre possint. Quod vero attinet ad methodum curandi vesanos psychicam, apparet, eandem non solum, ubi a psychicis, sed etiam, ubi a physicis causis, inprimis etiam a corporis morbis vesania nata est, maximi momenti esse. Non possum suffragari opinioni eorum, qui psychicam curam in iis tantum morbis, qui a psychicis causis pendent, adhibendam esse censent.# Medicus in quolibet morbo sanando et animi rationem habeat necesse est. Consistere autem debet haec methodus partim in avertendis iis, quae noxiam, partim in adhibendis iis, quae salubrem in animum aegrotorum habere possunt vim; in quo omnis versatur morborum therapia. Sanatio ipsa *naturae* relinquenda est, quae remotis obstaculis, ubi sustentatur accurate, ipsa ad sanandos morbos confert, cum ipsi ea sit indoles, ut dirigat omnes vires, in unum quasi centrum eas colligens, in eas partes, quae prae ceteris auxilio egent, quod Hippocrates jam docuit. Vere salubrem vero methodum psychicam tantum esse posse, ubi conjuncta adhibetur cum accurata, et, uti dicunt, rationali organicum corpus curandi methodo, persuasissimum habeo, ideoque reprehendendum mihi videtur, nostris adhuc temporibus concinnam utriusque methodi unionem tantopere negligi, cum plurimos videamus medicos, praeconcepta opinione unum vel alte-

---

passions se dechainent, la manie est plus frequente, elle disparait à l'epoque de l'age, ou les passions s'eteignent. — "Il est remarquable, Esquirol dicit, que les folies, qui ont eclaté depuis trente ans, ont eu pour caractère celui des differens orages, qui ont troublé notre patrie". et alio loco "La masturbation, ce fleau de l'espece humaine est plus souvent, qu'on ne pense, cause de la folie, surtout sur les riches:" Vid. Dict. d. scienc. medic. Art: Folie. modes ~~of~~ de vivre.

#. Vid. Neuestes Journal d. Erfind. Theor: u. Widerspr. in d. Medicin. Goth. 1810. Bd. 1. H. 3. p. 294. ub in commentatione *Heinrothi* haec leguntur: "Die psychische Heilmethode darf durchaus nicht i koerperlichen Krankheiten mit psychischen Reflexen angewendet werden, so sehr sie auch den Schein von Seelenkrankheit an sich tragen moegen." – Quemadmodum vero anim maxima vis est in totum organismum et plurimum conferre potest in sanandos cu libet generis morbos, ita haud dubie in eos morbos, qui in laesis functionibus orga animi ipsius consistunt plurimum valeat necesse est. Quod vero attinet ad Heinro methodum curandi vesanos *psychicam directam*, eadem silentio praetereunda est, cum sponte ejus infirmitas in oculos incurrat, et mysticismi tristem formam prae se fe neque unquam aliud quid efficere poterit nisi hoc, ut non tam directe in vesano per *voluntatem* medicorum agatur, quam potius indirecte, ita nimirum ut me dicus omnia alia remedia, quae ad salutem aegrotorum conducere possint, qu tum fieri potest, colliget, omnesque vires suas intendat, eorum tristem statum suble Voluntas igitur solummodo in medicum ipsum bene influit.

Haller. Physiol. Lib. 29. sect. 11. §. 8. erzählt ein sehr interessantes Beispiel von vererbter Disposition von Vater auf Kind u. Kindeskind durch ein ganzes Jahrhundert durch.

rum solummodo remedium, tamquam specificum magni facientes, cetera vili pendentes.

Quod attinet ad *repentinam* vesaniae *originem per animi affectus*, de ea in genere hoc statuendum videtur, vel *diathesin* adfuisse, vel affectus hos *tanto* invasisse *impetu*, ut *repente profunda violentiae suae vestigia cerebro imprimant*, et, per fulminis ictum quasi, cerebri morbum incendant. Rarissima haud dubie sunt exempla insanorum, qui absque omni diathesi in morbum inciderunt. Eorum, qui sanae mentis jacturam fecerunt, vitam accuratiori examini subjicientes haud raro prodromos deprehendimus, qui, antea neglecti, erupto demum morbo, quid significaverint, clare perspiciuntur. Sufficiat, mores alienatos, moerorem, leviores memoriae et imaginationis aberrationes, animique perturbationes commemorare. Saepenumero vero etiam prodromi in oculos incurrunt, convulsiones, diurna cephalaea, hypochondriasis, hysteria, aliique morbi, conjuncti cum singulari functionum animi inconstantia et hebetudine, qui attento et omnia ac singula invicem comparanti animo imminens periculum indicant 57). Ubi vero laboret quis diathesi, stimulo tantum opus est, ut, quae jam dudum sub favilla latuit, scintilla in rapidam prorumpat flammam. Serpit paulatim malum, ignis occulti instar, et vires acquirit eundo, donec occasione data erumpit; quae quidem occasio in excitanda vesania modo psychicae, modo physicae indolis esse potest, si modo in eas partes agat, in quibus semen morbi latet. Inprimis hereditaria vesania tam occulte saepe obrepit, ut, postquam per longam annorum seriem infelices aegri optima valetudine gavisi fuerant, et vel ingenii dotibus excelluerant, ut ne ulla quidem praedispositionis vestigia offenderentur, repente, tanquam per ictum electricum, aut magicas incantationes excitata videatur. Quis est, qui neget, diathesin hic adfuisse? atque ita haud dubie saepe occulta jacuit, et data occasione repente prorupit 58). Non opus est, ut exempla afferam, res ipsa flagitare videtur.

---

57) Hippocrates jam ait in Aphor. Sect. VI. Aph. 23. Si metus, aut tristitia longo tempore perseverant, melancholicum hoc est; et Celsus de medic. II. c. 7. si longa tristitia cum longo timore et vigilia est, atrae bilis morbus subest.

58) Vid. Nasse Journal f. psych. A. I. p. 418.

Sed ponamus, nullam adfuisse praedispositionem, quis negare potest, animi affectus tanta in cerebrum pollere efficacia, ut statim laesio cerebri, tam artificiosa structura praediti oboriri, ac sui generis morbus produci posset? Animi motus totius systematis sanguiferi aeque ac nervosi orgasmum excitant, qui versus cerebrum tendens, ita saepenumero increscit, ut conscientiam tollat, hominemque maniaco similem reddat[59]. Nonne etiam tam profundam vitae ac tenerae cerebri fabricae infligere poterit labem, ut vera inde vesania prorumpat? Saepissime animi affectus apoplexiam et mortem adeo repentinam advocant, quid? si *singulae* tantum cerebri partis *vita tolleretur* quasi, eaque in *paralysin* abiret, nonne functionum animi perturbatio inde oboriri poterit?

B. *Sanitas vesanorum, quoad corporis valetudinem, haud raro non turbata offenditur.*

Multum huic argumento tributum est ab adversariis, sed et idem ipsum parvi tantum momenti est, neque id comprobat, quod primo intuitu comprobare videtur. Occurrendum enim est statim ab initio huic rei eo, quod vice versa magis mira corporis illa sanitas nobis videri deberet, si animus ipse sedes vesaniae esset, cum quamlibet animi morbosam affectionem maximam in corporis valetudinem habere vim, constet, unde luce clarius apparet, eandem gravissimam fore, si animus in se ipso perturbatus ac laesus esset. Sed observationes illae ipsae, vesanos plerumque bona valetudine gaudere, non omni ex parte veritati respondent; sunt adeo nonnulli, Greding, Monro, Crichton, aliique, qui contrarium sese observasse dictitant, idque vel in iis confirmatum vidisse, qui in mentis potestatem redierint.

Ex iis, quae hac de re lustravi, scriptis, hoc in universum elucere videtur, quo magis experti fuerint medici, qui vesanos tractarunt, eo saepius corporis quoque morbos ab iis detectos esse. Huc accedit, non turbatam saepe videri posse corporis valetudinem, neque tamen esse; est enim ea omnibus fere vesanis consuetudo, ut sileant, quae persentiscant, deinde hoc commune habent, ut hebetudine quadam et torpore singulari affecti

---

59) Vid. Crichton l. c. p. 353.

saepissime ne a gravissimis quidem doloribus et laesionibus magnopere afficiantur. Ex iis vero medicorum observationibus, quae docent, mente captos certis quibusdam morbis praecipue obnoxios esse, v. c. apoplexiae, phthisi pulmonali, febribus adynamicis nervosis et organicis cerebri destructionibus, non sine magno veritatis pondere, arctissimum inter vesaniam et corporis statum vinculum esse, colligitur.#

Concedamus vero, vesanos haud raro nullis corporis morbis manifestis laborare, quid inde sequitur? Est omnibus fere nervorum morbis id commune, ut, nisi a laesione aliarum partium oborti sunt, raro magnas functionum, quas vocant, vitalium et naturalium turbas excitent, uti quotidie in epilepticis, hystericis, paralyticis aliisque animadvertimus. Idem fere de morbis mentalibus dicendum est, qui *plerumque locales cerebri affectiones* sunt, quorum sedes igitur in partibus est, quae remotissimae sunt ab iis organis, quae vitae vegetativae inserviunt. Est ejusmodi inter systema nervosum, quod functionibus animi praeest, et systema, quod functiones vitales peragit, discrimen, ut, etsi arcte inter se conjuncta, tamen alterius functiones haud levi modo turbatae esse possint, alterius functionibus intactis. Quemadmodum in phthisi pulmonali ad mortem usque saepius nulla perturbationis animi facultatum vestigia observamus, ita gravissimae convulsiones, multoque magis cerebri morbi, nulla inde functionum vitalium turba redundante, adesse possunt. Neque praetereundum est hoc, vesanos plerumque ad vitam ordinatam et certis regulis adstrictam, agendam coactos esse, quare, si bonam eorum valetudinem magna ex parte ab hoc quoque momento derivandam esse censeam, a vero mihi non aberrare videor.

Verum enim vero, probe distinguendum est, cujusnam sit vesania naturae. Eam, quae et ipsa demum a vitiis corporis procreata est, non sine vitae vegetativae turbis adesse, propptereaque plerumque majori cum vitae periculo conjunctam esse, illam vero, quae idiopathica est, et a locali cerebri vitio primario pendens, quamvis conditionatim, tamen non necessario functionum vitalium et vitae jacturam afferre debere, res ipsa suadet. Contra vero secundariam et sympathicam saepius ad felicem exitum perduci, primariam et idiopathicam raro prospero cum successu tractari, omnes consentiunt. Atque hoc quidem inde pendet, quod vesania

#. Vid. Esquirol sur la folie. Dict. d. sc. medic. art. Folie. Spurzheim l. c. pag.

ab aliarum partium morbis pendente accurata horum morborum cura illam quoque saepe removeat, ubi autem idiopathica est, et a vitio cerebro ipsi inflicto pendet, remediis destituti omnia plerumque incassum adhibeamus. Faustior itaque est prognosis, ubi a conspicuis corporis morbis pendet, quibus mederi possumus, anceps vero, ubi tale quid nequaquam observamus; quod enim HIPPOCRATES de haemorrhoidum utilitate in sanandam vesaniam dixit, id de aliis quoque morbis valet [60]).

C. *Quid doceant sectiones.*

In sectionibus cerebri eorum, qui vesani fuerant, haud raro nulla plane morbi vestigia inveniri, contra in cerebro eorum, qui alii morbo succubuerunt, sectione instituta, destructiones gravissimas nullo aegris viventibus signo manifestatas, detegi, inde ab antiquissimis temporibus observatum est. Putarunt hinc nonnulli, id fieri non posse, vesania sedem suam in cerebro habente. At perversa haec est argumentatio. Primum enim nemo negari poterit, singula exstitisse exempla, quae revera vesaniam a cerebri laesionibus pependisse, luce clarius demonstrant; deinde concedendum erit, cognitiones nostras de cerebro mancas adhuc esse, et vitia in ipso existere posse, quae oculorum aciem fugiant; porro inveniemus, vesaniam nullo in cerebro ipso coexistente vitio organico, sed ab aliarum partium morbis oriri posse; denique videbimus, non opus esse ad peragendas animi functiones toto cerebro, ergo destructiones partiales ejus non necessario illarum quoque perturbationem postulare.

α. *Exempla exstant, quae vesaniam a cerebri destructionibus obortam esse demonstrant.*

Fuerunt quidem, et nostris inprimis temporibus sunt multi, qui vitia in cerebro mortuorum inventa, non causas, sed effectus vesaniae fuisse opinentur [61]). At vero observationes scriptorum accurate perlustrantes opinioni illi adsentire non poterimus. Etiamsi enim vesaniam mutatio-

---

60) Hipp. Aphor. VI. 21. In insanientibus varicibus aut haemorrhoidibus accedentibus, insaniae solutio est.

61) CRICHTON l. c. p. 76. — COX *Ueber Geisteszerrüttung, a. d. Engl. von REIL. Halle* 1811. *p.* 36. — *HEINROTH l. c. Bd. I. p.* 192.

nes in cerebro proferre posse non negaverim, et longe absim a sententia, quaecunque in cerebro insanientium inveniantur post mortem vitia organica, causas morbi fuisse, tamen ejusmodi vitia nunquam vesaniae originem dedisse, persuadere mihi non possum. Volventes scripta Boneti, Morgagnii, Meckelii Primi, Gredingii, Haslami multorumque aliorum, multas inveniemus historias, quae omnem nobis dubitationem tollent. Legimus enim e. g., hominibus animo non minus, quam corpore optime valentibus capitis vulnera inflicta fuisse, quae prima vesaniae semina sparserant, eos hinc variis functionum cerebri diverso gradu a norma aberrantium phaenomenis laborasse, sensim paulatimque vero haec phaenomena ita increvisse, ut tandem in veram mentis alienationem transierint, atque dissectis eorum cadaveribus, in ipsis illis locis, quibus vulnera inflicta fuerant, graves cerebri destructiones inventas fuisse [62]). Quis neget, haec ipsa vitia causas morbi fuisse? *Fatuitatem*, *Idiotismum*, *Cretinismum* ab organisatione cerebri imperfecta saepissime pendere, hasque vesaniae species, quoad gradum leviori graviorive cerebri deformationi respondere, qui indagandis ipsis operam impenderunt, omnes fere animadverterunt; quidni igitur a vitiis organicis in cerebro sedem habentibus functiones animi turbari posse concedamus? [1.] Verisimillimum est, stupiditatem plerumque a pressione totius cerebri, et ita ab aliis cerebri affectionibus alias functionum animi laesiones pendere. Cui quidem sententiae inprimis ea favent, quae cum aliis Hallerus [63]) narrat, a laesione cujuslibet singulae cerebri partis certam quandam functionem laedi probantia, et Homii [64]) observationes, qui nuper, quae propria ip-

---

62) Narrat Bonetus (Sepulchr. I. sect. X. obs. 4) nobilem quendam virum capitis ictu ante annos percussum ab hoc tempore cerebri imbecillitatem sensisse, postea mente alienari coepisse, post mortem vero supra callosum corpus insignem tumorem globosum fungosumque deprehensum fuisse. — Hoeferus (Hercul. medic. 1. 13) narrat, se juvenem capite percussum et ita semifatuum redditum fonticulo suturae coronali impresso sanasse. — Vid. insuper Boneti sepulchr. anat. I. X. Morgagni de sedib. et caus. morb. I Epist. VIII. — Wepfer Obs. medic. pract. affectionib. capit. intern. et extern. Scaphusii 1727. Obs. 84 — 92. — Meckel memoires de l'acad. d. scienc. de Berlin. 1764. T. 20. Greding Opera. I. et advers. medic. pract. Lips. 1771. P. II. sect. III. — Haslam, l. c.

63) *Haller Element. physiol. Neapol. 1776. T. IV. l. X. s. 7. §. 15. — 22. p. 211.*

64) *E Home. Beobachtungen über d. Verrichtungen d. Gehirns. (a. d. philos. Transact. 1814. P. II. p. 469) in Meckels Archiv f. d. Physiologie. B. III. p. 105.*

1. Spurtzheim l. c. p. 138. f. 99.

sius observatio per longam annorum seriem ipsum docuerat, catalogi in modum absque ulteriori explicatione communicavit, symptomata, quae in vita locum habebant, cum iis solummodo comparans, quae in diversis cerebri partibus post mortem vitiosa inveniebantur.

b. *Vesania a cerebro pendere potest, neque tamen ulla post mortem morbi vestigia in eo inveinantur necesse est.*

Primum quidem memorandum est, haud raro ob sectiones minus accurate institutas nulla vitia detegi. Est enim cerebrum organon subtilissimae structurae, in quo laesiones adesse possunt vel acutum oculum fugientes, quod ex eo apparet, quod, quo subtiliores anatomi fuerant in instituendis sectionibus, eo saepius abnormitates inventas esse, non cuilibet quidem discernendas, sed oculo perito, quod si opus esset, exemplis comprobare compos essem. False agunt, et magnopere reprehendendi sunt, qui, ubi neque tumor ac durities, neque cavitas, neque ruptura, neque aliae ejusmodi visui tactuique obvenientes destructiones inveniantur, nullum adesse vitium conclamant; sequantur, quas Wenzelii, et Meckelii ingressi sunt vias, quorum studium proh dolor jam oblivioni traditum videtur, bilance, chemicis reagentibus, aliisque ejusmodi ad subtiliorem anatomiam pertinentibus utantur remediis, et saepe, quantum distet inter cerebrum sani et insanientis, invenient [65]). Equidem vero multum absum, ut in organicis vitiis gravissimam et frequentissimam vesaniae causam quaerendam esse credam; potest enim eadem adesse nullo cerebri vitio organico conjuncta. Perversa est argumentatio, ubi nullum inveniatur vitium, ibi nullam morbi causam quaeri posse.

Quotidie morbi diversissimarum partium *dynamici* occurrunt, quotidie e febribus, convulsionibus, paralysi aegroti moriuntur, neque ulla dissectis cadaveribus inveniuntur praecedentis morbi vestigia. Quis vero est, qui in cerebro quoque hujus generis affectionibus dynamicis locum dari neget? Paralysin singularum cerebri partium insaniam procreare posse, verisimillimum est, qua autem ratione post mortem paralyseos vestigia inveniri semper possint, non intelligo. Quemadmodum enim

---

65) Vid. Memoir. de l'acad. d. sc. d. Berlin. an. 1764.

Der Unterschied zwischen organischen u. dynamischen Krankheiten ist [illegible] so verkehrt, als es dem ersten Anschein nach auf uns kommt. Je der Theil [illegible] als nur ein Verstand finden könnte, wenn wir von organischen [illegible] nicht ohne [illegible] u. dynamischen als [illegible] Eigenschaften [illegible] eine bloße Abänderung der Kräfte, nicht Theilchen der Materie selbst [illegible] an welche diese Kräfte gebunden sind ist kaum denkbar, u. der Unterschied beruht nur darauf, daß man bei d. dynamischen Krankh. die materielle Abweichung von dem gesunden Zustande nicht nachzuweisen vermag, während diese bei d. org: Krankh. in d. Augen springt.

musculi paralyticorum post mortem vix differre videmus a musculis sanorum, ita cerebri quoque partes paralyticae vix ab aliis differre possunt. Haud rara sunt exempla apoplecticorum, qui sanati mira quadem singularum animi facultatum hebetudine laborant, aut in veram vesaniam transeunt, quorum nulla tamen cerebri pars post mortem laesa offenditur. Quis vero negabit, apoplexiam ex morbosa cerebri affectione pependisse et hunc statum procreasse? Ita videmus apoplecticos sanatos memoriam perdere, alios singulorum tantum verborum et nominum oblitos esse etc.; quae alia hujus rei causa invenire potest, quam laesio cerebri? Idem luculenter commotiones cerebri testantur, quae nullo cum cerebri vitio oculis percipiendo conjuncta sunt. Idem animi affectus, qui saepe tantam in homines exercent vim, ut paralysin cerebri et mortem adsciscant, neque ullam sectione instituta destructionem produnt. Laesiones functionum cerebri per vasa sanguifera adduci, accuratae optimorum medicorum observationes docent. Cox, Marshall, Foderé, Crichton, Mayo aliique tam constantes vitiosos cerebri vasorum status post mortem vesanorum deprehendisse affirmant, ut omnis vesaniae causam vasis tribuendam esse existiment, quod quidem, nisi semper, saepe tamen fieri, dubitari nequit [66]).

c. *Vesania oriri potest non solum a cerebri morbo primario, sed aliorum organismi vitiorum interventu arcessito, i. e. secundario.*

Vesania saepius *sympathica* est. Sensus externos et coenaesthesin tantam saepius vim in animi actiones habere, ut perturbentur, supra jam demonstravi. Quibus infirmum est cerebrum, ii vix morbo qualicunque correpti, in delirium incidunt. Pueri imbecilles, ubi vermibus laborant, aut levi febricula corripiuntur, delirant, idemque de feminis et viris quoque debilitatis experientia docet. Chronicos quoque singulorum corporis organorum, cum cerebro arctiori consensu conjunctorum, affectiones delirium chronicum afferre posse, non a vero absona est sententia, et melancholici quotidie confirmant. Viscerum abdominalium morbi saepissime hypochondriasin procreant, quae, nisi coercetur, haud

---

66) Cox. l. c. p. 37. — Crichton l. c. p. 77. seqq. — T. Mayo, Remarks on Insanity. Lond. 1817. p. 13. seqq. The basis of insanity is a process of increased vascular action.

raro in veram vesaniam transit. Idem laesiones aliarum partium docent, cordis morbi inprimis, quos melancholia et mania haud raro comitantur, quod tum res ipsa facile docet, tum in scriptis medicorum abunde comprobatur [67]).

d. Haud rara sunt exempla gravissimorum cerebri vitiorum nulla coexistente vesania.

Negari non potest, tantas interdum inveniri cerebri destructiones in corporibus, quoad animi functiones ad mortem usque sanorum, ut mirari quis possit, easdem nulli hisce detrimento fuisse. Egomet ipse in clinico chirurgico Berolinensi, sub celeberrimo Graefio florente, observavi puellam viginti circiter annorum, quae ulcere in osse bregmatis dextro maligno, cranium ipsum penetrante, ante annum sanato, in epilepsiam, amaurosin utriusque oculi completam, et paralysin brachii sinistri, a vitiis cerebri localibus pendentem inciderat, et cui, cum nulla remedia ipsi auxilium praestiterant, incisione in loco illo affecto instituta, serum effusum et squamulae osseae cerebrum irritantes removebantur, quo facto encephalocele oboriebatur, quae non, nisi abscisione partis prolapsae eaque, prolapsus iterati causa, bis repetita, ita, ut novem circiter drachmae substantiae corticalis et medullaris exciderentur, removeri poterat, atque ita tandem finiit, ut per canaliculum ad ventriculum dextrum ducens tanta seri copia excerneretur, ut repetita vice quovis die lectulum aegrotae madefactum mutari deberet; neque ulla ad mortem usque, post septimanas nonnullas tandem appropinquantem, animi facultatum perturbatio locum habuit [68]).

Ast ejusmodi quoque observationes ad infringendam nostram de vesaniae sede sententiam nihil conferre, ex sequentibus adparebit.

---

67) Malancholia tam saepe cum cordis vitiis conjuncta est, ut plurium fuerit opinio, hanc tristem animi affectionem partim a cerebro, partim a corde pendere. Definiebatur melancholia vulgo *desipientia sine febre et furore cum metu ac tristitia conjuncta.* Delirium a cerebro et spiritibus animalibus in ipso degentibus, tristitiam ac metum cordis intemperiei tribuerunt ob retardatam inde ac subinde interceptam circulationem. Adducebantur vero medici ad has hypotheses a cordis affectionibus et vitiis, in cadaveribus melancholicorum fere nunquam non inventis. Vid. Willisius tract. de animi brutor: P. II. c. XI. Bonetus sepulchr. anatom. I. sect. 9. obs. 4.

68) Vid. *Jahresbericht über d. klinisch - chirurgisch - augenärztliche Institut d. Universität Berlin.* 1819. v Graefe. Similis est historia militis in Hufeland. Journal. f. pr. Heilk. 1816. 42 Bd. Heft. 5. p. 45. aliaeque. — Ein merkwürdiger Fall [illegible] ereignete sich 1821 während meines Aufenthaltes in Paris an einem Soldaten im Hopital de la garde royale bei Larrey. [illegible]

Fälle dieser Art sind von vielen Schriftstellern aufgezeichnet. [illegible]
erwähnt ein Beispiel, wo ½ ℔ Eiter in den Ventrikeln war, [illegible]
eine Frau, die durch einen Fall eine [illegible] Gesundheit [illegible]
[illegible] 3 auf 36 Tagen [illegible] zu delirieren.
Am 26ten Dec: 1825 war ich bei der Section des Tags vorher verstorbenen und von
Hr. Prof. Carus behandelten [illegible] u. Schreibersfrau zugegen. Man fand unter
andern Fehlern außer den edlen Organen vorzüglich die ganze Cauda equina des
Rückenmarks in eine halb macerirte [illegible] verwandelt, längst des ganzen
Rückenmarkkanals unter der Dura mater bedeutende Wasseransammlung, ebenso
[illegible] im Kopf, wo sich dieselbe auch unter die pia mater verbreitet hatte
4 - 5 [illegible] an den Stellen wo sie sich gegenseitig berühren von der Rücken-
markshäute [illegible] mit einem Blutgerinnsel bedeckt, das sich schon seit längerer Zeit
gebildet hatte, und in den beiden Gehirnhemisphären in den vordern Loben der-
selben in der Richtung des Hirns selbst anatomische Veränderungen in dem rechten
Lobus von der Größe einer [illegible] in dem linken von d. Größe einer [illegible]
[illegible]. Diese [illegible] hatten gewiss seit vielen Jahren sich gebildet, und
ohngeachtet war d. Kranke immer geistig ziemlich gesund gewesen, nur in seinem
letzten [illegible] hatte er einen sonderbaren [illegible] mit einem halb bewußtlosen
Zustande, und zugleich war er immer sehr in seinem Gesundheitszustand [illegible]
[illegible] gewesen.

#. Est quidem hoc argumentum illud, cui Spurzheimius plurimum tribuere videtur. vid. ej. lib. sup. cit. sur la folie. 130. et Observ. sur la phrenologie. p. 34. u. 39.

α. Cum nulla sit organismi pars, quae *laedi aliquo modo non possit, nullo protinus inde in functionem redundante detrimento, in cerebro quoque idem fieri* posse, concedendum est. Qui naturam observat, idque cum eo, quod medici observarunt, comparat, eum cordis, hepatis, pulmonum aliarumque partium vitia organica ante mortem nullis indiciis manifestata in cadaveribus inveniri, non fugiet. Quid impedit igitur, quominus in cerebri vitiis idem statuamus?

β. Saepius *functio quaedam laesa* est, sed *laesio non tanta est, ut in oculos incurrat*, aut magni aestimanda sit. Hoc idem quoque cordis vitia docent, ut alia taceam, sub initio nullis molestiis stipata, etsi pulsus et respiratio perito medico imminens occulti morbi periculum indicet. Idem cerebri vitia efficiunt, persuasumque mihi est, multos, in quorum cerebro post mortem destructiones inventae sunt, vix sanitate omnibus numeris absoluta gavisos esse, uti credebatur. Est enim saepius conjuncta cum illis vitiis oblivio, memoriae hebetudo, judicii torpor, moeror, aliaeque leviores functionum animi laesiones, quae nihil saepe aestumatae, omnino morbosae sunt.

γ. Ubi plura uni functioni destinata inveniuntur organa, uno eorum laeso et vel destructo, aegrotus, altero bene valente, defectum alterius non persentit. Qui amaurosi alterius oculi laborat, nonnumquam morbum alterius oculi non persentit per longum tempus, neque visu destituitur, altero sano visus functioni praesidente; idem iis accidit, qui alteram aurem surdam habent, et auditu tamen non privantur. In cerebro quoque pleraeque partes duplices sunt, quare altera laesa facultatem aliquam penitus perire non necessarium est.*

δ. Summo jure concludi potest, *eas prae ceteris cerebri partes, quae in intimis ejus recessubus reconditae sunt, functionibus intellectualibus destinatas esse.* Eae autem cerebri laesiones, quae absque ulla, aut minoris momenti perturbatione adsunt, vel ipsae levioris indolis esse solent, vel in *externis* plerumque cerebri partibus locum habent, ideoque paralysin potius, sensuum privationem, convulsiones excitant, quam mentis alienationem.

ε. Ut vero accuratius videamus, qui fiat, ut praesentibus in cerebro structurae vitiis, functionum ejus perturbatio non semper, nec neces-

sario excitetur, ad *legem naturae animalis organicae* redeundum est, cui *in formis morborum producendis* adstricta est. Haec in eo cernitur, ut ad constituendam formam qualemcunque morbi, non solum *duo concurrant momenta, aberratio* nempe aliqua in parte aliqua *a norma*, quae vel mechanicae, vel dynamicae, vel organicae indolis esse potest, et *virium vitalium systematis nervosi* certa quaedam a norma *alienatio*, sed ut *inter utrumque momentum certus quidam proportionis modus* quoque requiratur, quo symbolam suam ad formam aliquam eliciendam utrumque conferat; hinc momenta morborum causalia interna, i. e. morbi locales, hinc et vitia organica, non absolute, sed conditionatim et tunc tandem functionum perturbationes provocant, i. e. morbi formam aliquam induunt, cum vel extremum quasi fastigium attigerint, quo fit, ut a vitae totius systematis adhuc integrae vi non amplius coerceri possint, vel, cum totum systema nervosum a causis particularibus pessumdetur, ut jam ad vitii alicujus localis vim excipiendam cogatur, eique avertendae impar reddatur.

Generalis vero haec lex ad cerebri vitia, eorumque in producenda vesania vim adplicata, docet, cur singularis alicujus cerebri partis laesio per se et necessario vesaniam non procreet, sed tunc tantum, ubi in ceteras cerebri partes vim suam exerceat, quod non semper, nec unice a gravitate vitii localis, quam potius saepe a constitutione totius cerebri dependet. Labefactatum cerebrum vel e levissima laesione functionum aberrationem patitur, firmum contra et bene constitutum vel graves impressiones eludit, uti supra jam demonstratum est.

Aliud vero argumentum, quod probat, totius organismi conditionem magni tam ad provocandam mentis alienationem, quam ad avertendam et enervandam quasi noxiam vitiorum cerebri localium vim, esse momenti, illud est, quod ex *indirecta curationis methodo* depromptum est, qua non raro morbi, qui a vitio singulari organi alicujus pendent, per aliquod tempus revera profligantur. Indirectam curationem eam volo, quae, dum locale vitium aliquod removeri nequit, vires totius corporis recreare studet, et inprimis in nervorum vita immutanda et bene regunda versatur, ita, ut torporem quendam inducamus, quo obtundimus quasi cerebrum, et noxium vitiorum illorum influxum debilitamus, in quo sita est haud raro utilitas remediorum nervinorum et inprimis

#. Veteres, qui nervos cerebrumque per spiritus animales agere putarunt, mentem non percelli a cerebro adflicto crediderunt, quam diu spiritus illi inviolati restarent; quae sententia vix a veritate abhorret. Quodlibet cerebri vitiu ut mentis facultates pervertat, intimas cerebri partes in societatem affec nis trahat necesse est, id quod pro natura hominum modo citius modo ser evenit. Verum hoc esse, experientia docet, videmus enim, ut exemplum ad ducam, homines fungo durae matris laborantes, neque tamen de animi funct onum laesione conquerentes, in vertiginem, hebetudinem aut delirium inc dere, ubi fungum versus cerebrum premimus, aut sensim paulatimque ~~pro~~ aucto malo, auctaque ejus vi in ceteras cerebri partes, quod antea nullius momenti fuit in actiones animi vitium nunc intimum cerebri focum in consensum trahit.

narcoticorum. Aegrotus pariter atque medicus plerumque decipiuntur, ubi graves nervorum morbos, opii, moschi, aliorumque usu sanatos esse credunt; etenim palliativa plerumque est ejusmodi sanatio, vitio ipso adhuc restante, et ubi increverit denuo, aut nova cerebri affectio accesserit, novo impetu prorumpente.

Simili modo vesania hereditaria et lucida intervalla explicanda videntur. In illa enim semina morbi, quae soli corpori inhaerere possunt, certa aetate evolvi et maturari censendum est; quod vero attinet ad lucida intervalla, si eadem a sopita et exhausta sensibilitate, vel ab imminutis stimulis pendere dixerim, a vero mihi aberrare non videor. Videmus enim, nunc homines ceteroquin bene valentes, facile in deliria abripi, quae causis occasionalibus remotis cessant, nunc vero paroxysmos maniacorum etc. sua sponte finiri et post intervalla redire. Animadvertimus hoc praecipue in ideis fixis et in vesania partiali, quam vix alia ratione explicandam esse crediderim, quam partiali cerebri affectione, paralysi proxima. Quodsi vesania non interrupto tramite decursum suum continuat, tunc labem jam gravissimam in cerebro, eamque vix reparabilem esse, concludendum est.

Sed haec hactenus. Etenim plura quo minus nunc addam, quemadmodum propositum mihi erat, angustiores disputatiunculae limites impediunt.

Corrigenda.

pag. 2 lin. 1 pro vno leg. vni,
— 2 — 32 — Isellus — Psellus.
— 6 — 2 — edisservent — edisserent.
— 8 — 28 — ordinem, seu idealem — ordinem, idealem nimirum
— 12 — 4 — Si vero, qui — Qui vero
— 14 — 19 — delere possit — delere velit,
— 22 — 18 — singularum — singulorum
— 25 — 5 — innumere — innumerae
— 25 — 17 — neque aliorum argumentatione — neque propria, neque aliornm argum.
— 27 — 13 — usu — usui.
— 29 — 17 — gaudeat — gaudeant
— 31 — 18 — aliosque morbosos — aliasque morbosas
— 31 — 21 — physicas aeque ac psychicas — physicos aeque ac psychicos.

Es sind sehr mannigfaltige Eintheilungen der Geisteskrankheiten aufgestellt worden, die meisten derselben haben jedoch, wenn sie auch geistvoll ausgedacht wurden u. theoretisch sehr große Vollkommenheit hatten, keinen practischen Nutzen. Dies sehen wir schon an Arnold's Eintheilung des Wahnsinns in das notional und ideal delirium diese Eintheilung ist von Locke hergenommen, der selbst keine wirklichen Krankheiten der Seele betrachtete und alle Vorstellungen der Seele in Ideen, ideas und Begriffe, notions theilte, indem er zu ersteren alle Vorstellungen zählte, die durch äußere Dinge erzeugt werden, zu letzteren aber alle diejenigen, welche durch den innern Sinn, ohne äußere Gegenstände, erregt werden. Arnold glaubt das notional delirium besond. in dem eigentl. sogenannten Wahnsinn, das Ideal delirium aber besond. in dem Fieberdelirium zu finden. Wie wenig practischen Nutzen diese Eintheilung habe ist leicht einzusehen, denn es giebt wohl nicht leicht viel Fälle, wo m. diese beiden an sich gegründeten Unterschiede der Vorstellungen, geschieden in einem kranken Subjecte antrifft. In der Regel ist d. Geisteskranke verkehrt sowohl quoad ideas als quoad notions: aus ähnlichen Gründen kann sich die Verwerfung anderer Eintheilungen begründen, wie dies z. B. mit Heinroth's Eintheilung der Fall ist. Ich zweifle daß m. je die Species, die er aufstellt in d. Natur wiederfinden wird, ohne zugleich auch mehrere andere Species damit verbunden zu sehen. In practischer Hinsicht scheint mir eine Eintheilung nach den entfernteren Ursachen die zweckmässigsten, d. denn diese entweder physische oder psychische sind, so könnte m. mit Recht von einem physischen und psychischen Wahnsinn sprechen, doch immer doch m. bei ersterem nicht vergessen, daß nicht d. Krankh. der nächsten sondern nur von d. entfernteren Ursache ist. Ich unterschreibe gerne, was Spurzheim hierüber sagt. "The only practical division of insanity, is that, which founded on the causes." "the proximate cause of insanity is corporeal.

Theilt man die Meinung, daß der menschl. Geist an sich keiner [illegible] Veränderung, folglich auch keiner Krankheit unterworfen seyn könne, so wird man auch leicht einsehen welche sehr unzweckmäßige Wörter man häufig zur Benennung des Genus v. Seelenkh. gewählt hat, welches in einem abnormitäts der physischen Funktionen verbunden ist. Ein sehr großer Theil dieser Benennungen involvirt d. Begriff einer wirklichen Krankheit d. Seele ob man nicht so wohl auf d. Namen selbst an, als vielmehr auf den Begriff, den man damit verbindet, so wird doch eben durch dergl. falsche Benennungen Gelegenheit zur Entstehung falscher Begriffe angeregt. Die Wissenschaft leidet sehr unter diesem Fehler; sie bezeichnet die meisten Uebel blos nach ihren äußeren Formen nicht nach ihrem inneren Wesen. Wie viele Krankh. nennt man z. B. Nervenschwäche. und eine so ganz entgegengesetzte Zustände liegen ihnen doch oft zu Grunde. Wie leicht aber wird aber durch eine solche Benennung der weniger Unterrichtete verleitet, sich zu ganz falschen Schlüssen u. Handlungen verleiten zu lassen, dürfte es wohl zu begreifen seyn, daß eine große Menge blos die Opfer ähnlicher Mißverständnisse geworden sind. Ist es auch wohl oft nicht möglich den Grund d. Krankh. zu entdecken, so muß es doch immer unser Streben seyn, dahin zu gelangen, u. alle Mißgriffe möglichst zu vermeiden. Ganz besonders trifft dies auch d. psychischen Leiden. Unser Verstand erlaubt nicht, [illegible] wollen wir nicht auch falsche Namen Gelegenheit geben, diese Meinung dadurch doch zu widerlegen. Man vermeide daher alle Ausdrücke, [illegible] lasse lieber zu den Benennungen d. Alten zurück, die nicht von Seelenkrankheit, u. Geistesstörungen sprechen. Die [illegible] Namen sind noch weniger passend als die unvollständigen Worte von Wahnsinn, Manie etc. – Als generische Benennung halten d. Griechen das Wort Παρανοια, Παραφροσυνη, u. d. Lateiner folgten ihnen und brauchten das Wort mit d. [illegible] v. Vesania, Insania etc. Anm.: [illegible] brauchte Aretaeus d. Benennung Alienatio mentis auch u. als Begriffen des Gemeinen ganz zweckmäßig.